wu szto winni Zostanut Płatiti y Zato dosit wczy:
niti Weleli tak Jakoby On w tom sobe niczoho
nieszkodował y Nam oto bolszey toho nezałó
wał. Pisan w Wilnie Leta Bożoho Narożenia
1561. Msza Maja 5. Dnia

Ostaffey Marszałok
Pisar.

Szadow

Litera Plebanatus Szadoviensis
1542

Zikhimant z Bożey miłosti Korol Polski Weli
ki

Kauno Tarpdiecezinės
Kunigų Seminarijos
BIBLIOTEKA

Weliki Kniaz Litowski, Ruski, Pruski, Zamoytski Mozowecki, y innych &c &c.

Czynim znamienito Sim naszym Listom chto na nieho posmotrit abo czuczy eho uslyszyt ninesznym y napotom buduczym komu budet potreba toho wedati, bil nam Czołom Pleban Kostela Panny Maryi, u Meste naszom Sladowskom a nasz Pawel y powedil pered nami iż kotory Kostel postawen jest w tamecznem Mestecku naszom Sladowskom y nidey fundacyi nikotoroiey ku onomu Kostelu net y jako Ludey tak Zemli y nikotorych prozytkow kniemu nenadano krom nebosczyk Pan Jan Janowicz Zabereżinski Wojewoda Trocki Marszałok Zemski Zaderżania Swoieho tych Wołostey Naszych Upickich dal byl napoużywanie Plebanu tamecznemu Sladowskomu do woli Naszoe Zye Zemli Nerzmaromeyszyski, Sutkiszki, y Seymontiszkie a człoweka na Imie Mateja Dowronania, a druhoho Człoweka Rymeysza Czenkowicza, a u Mesteczku Sladowskom Czotyry Korczmy Piwnyje, a kromo toho, inszoho nikotoroho nadania, y tomu Kostelu Bożemu net, a dla toho tamoszny Pleban u welikom nedostatku byl, y pożywienia nikotoroho ot tut sobie nemel, tak tez y Kapłanow ani Zakow pry tom Kostele dla chwały Bożoy nemel, naczom pry sobie zachowati y bil nam Czołom abychmo tamesznyi Kostel Panny Maryi w Sladowe ufundowali a ku Chwale toho Kostela Bożoho, y na zapomożenie tez Plebanow tamecznych, Ludi y Zemli u Wołosty naszoy Sladowskoy prydati, jeno my chotiaczy to meti aby w Panstwach

naszych

Naſzych wsde chwała Boża množytasię y Szyryła azanasby hospodar Boha Prosiono tot kostel Panny Maryi wRadowcie fundujem akotoremu dajem to nawiecznyie czasy, nayperwey tye try Zemli Pustowskie kotorye perwey toho, Neboszczyk Pan Jan Zabereczenski kto=mu kostełu prydał Rimekisztu, aSutkisztu, aKimontiszku y Czołowieka Mateja Dowronenia zdwema Brati Jeho Petrom a Janom, aDruhoho Czołowieka Rymcyza Henkowicza zSynmy Jeho y u Mesteczku Radowskom Korczmy Dwe Medowye y Piwnye wkotorych majot Szynkowati Med y Piwo a ytomu tosobliwie Łaski naszoe, Hospodarskoje dajem natot ze Kostel Bozy Radowski tych ludey naſzych Micka Doblewicza z Brateju Jarom a Tomaſzom Leona Michowiczam spetym Synmy Jeho, a Janom Sowejtowiczom z Bratom Jeho, Khrynkom, a Jorja Petkuna z Macom Butrymanim, zych Zemlami Kunicami kotorye omini nanasplati ti aktomu zkordoho domu wowsey Wołosti naſzoy Radowskoy wkozdy Rok o Bozey Narozeniu potrosu kolendy na Plebana, au Mesteczku Radowskom odnu Kletku Miasnuju Majot tye wyszey opisanye ludi y zemli, dwe Korczme y Kletku Miasnuju odnu Sowsiakimi dochody y pozytki ssto stoho prychodit y tez kozdy Rok oBozye Narozenie skozdoho Domu uwołosti Radowskoy Hospodarnych naſzych Potroszu nasebe brati tot teperesznyj Pleban Radowski naſz Paweł y ponem buduczyj Plebani tamocznye wecznoy naweki y neporuſzno aStoho majot Plebanowie tamocznye usiakim potrebom toho Kostełe Bozoho desit Czyniti y chwa

y chwaty Bozey Pilnowati y Zanas Hospodara ustawnie Boha prositi y nato dajem na tot Kostel Panny Maryi Radowskei tot nasz List przy wesistoju Peczatiu Pisan uWilni Pod Lett Bozeho narozennia Tysiecza Piatt Sott Czotyrdesiatt wtory Mesenca Czerwara Siemnadcatoho dnia

L.S.

Priwilegium Reginæ Bonæ quod dedit Ecclesijs Parochialibus in Velona et Jurbok.

WIELONA & JURBORK 1554.

vide Folio 65

Bona Bozoymilostiu Korolowa Polska naywyszaja Khahinia Litowska, Ruska, Pruska Zomoytska, Mazowecka y Inych.

Oznaymujem Sim naszym Listom komu budet potreba toho wedati, Sztoz powedet peredmami Sztoz powedet Peredmami Pleban Welenski Kniaz Jan Jamuntowicz ot Sotecznik Sto perwey perwey seho Zaporuczeniem y rozkazaniem naszym Jeho Milost Kniaz Wenctaw Biskup Zomoytski, y byszy Namesnik nasz Jurborski Iwan Kuczewicz Wyjechali do Jurbarku Mestca Smotreti nakotorom by Kostel mel zbudowan byti hde tam u Jorbarku byli try Stuzby Ludey Plebana Welenskoho Kostelnij y Oni tye try Stuzby Ludey z Zemlami y Sowsim jakosie wsobe y wpozytkach Swojch meli wziati naposelene Kostela Jorborskoho Domu y Pasni Plebanskoy, a natoje meyco u Wotmenu onym Namesnike nasz

Jurborski

Jorborski Iwan Kuncewicz zroskazania naszoho dał onomu Plebanu Welenskomu dwe zemli Pustouskich y tretiuju Służbu ludey Wołosti Jurborskoy, nasz tot Iwan Kuncewicz List Speczatiu swojeju dał Plebanu na on Welenskomu Kniaziu Janu, kotory List tot Kniaz Pokładał Pleban teperesny Welenski y okazywał, y bił nam Czołom iż bychmo listom naszym onuju zamenu Jemu potewerditi y list nasz nato Jemu dat kazati. Atak pry tejże recz upameti naszoy, iż tak zroskazania naszoho było, majoczy y zlistu tez Kniazia Biskupa Zomoytskoho wto donas pisanoho wyrozumiewszy y onoho listu Iwana Kuncewicza ochładawszy y wysłuchawszy kazali Jemu słowo ot słowa wsey nasz list upisat kotory że tak się w sobie majet. Ja Iwan Kuncewicz wradnik Hospodini Korolowoy Jeje Miłti Jorborskij Sto Hospodyni Korolowaja Jeje Miłsti Pani naszа Miłostiwaja raczyła mne namensczomu Służebnicu Jeje Miłsti roskazati Kostełom dla chwały Bożoy u Meste Jeje Miłsti Jorborskom postawiti, y Jam nemeł mestsza tak podobnoho napostawene Kostela Bożoho y tez hdeby Pleban Jorborski meł sobe Domok pry Kostołe postawiti y paszenku meti, Sohnał Jesmi troch Czołowekow Kniazia Jana Plebana Welenskoho y Krokinowskoho na Imectanchis Khudeyktis Rymdeyko Anufraytias a Szytapacytia kotoryje try Służby Ludey dawno y fondowano zdawnych Lett Jesze za Witowta na Kostel Bożу do Weleny, y na tych troch Zemicach Kostel Jesmy Boży postawił y na budowane Domu y tez na paszenku Kniaziu Awkhustynu Plebanu Jorborskomu dał, y na protiw-

ku

Protiwku tych troch Zemli dał Jesmi Kniaziu Janu
Plebanu Welenskomu dwe pustowszczyny na jmia Za-
lekiszka a Mikołaewszyna, atretee pustowszyna nihde
nebyło. Iam Iemu dał Czełowieka hospodarskoho na
jmie Khirdia nad Rzekoju Mitwoju. Majet Kniaź
Jan tij dwe pustowszczyny ludmi swoimi osaditi ytoho
Czełowieka najmie Khirdia derżati. y oni majut Je-
mu służyti, jako y zdawna jeh służba była, a to Je-
smo uczynili zarozkazanem Hospodini Korolowoy
Jeye miłości; y nato Jesmy dali Kniaziu Janu Pleba-
nu Welenskomu ses moy list podmojeju Peczatiu Pi-
san u Jerborku Lett Bozoho Narozenia Tysecza Piatt
Sott Sorok piataho Mca Maja dwadcatt piataho dnia
y z Łaski naszoy na żedanie Jeho Miłosti kniazia Wan
czawa Biskupa Żomoytskoho, y na Czołom bite toho
Plebana Welenskoho Kniazia Jana Jamuntowicza ot
Sotecznyk to jesmo udelili, ytyi dwe Zemli pustowski,
y treteju Służbu ludey wtom liste Iwana Kuncewicza me-
nowite ywłasnymi prozwyski opisanymi, Sim listom
naszym ku kostełu Welenskomu potwerżajem jako
otmenu właśnuju naweczny czasy majet teperesz-
ny Pleban Welenskij tamoczny y napotom buduczij
Plebani tye dwe Zemli Pustowskij y treteju Służ-
bu ludey ku Kostełu Welenskomu Sowsim nawsie
jakosie usobe whranicach y obychodech swoich
zdawna majut derżati y ich używati, ludi na
nich sadziti y ku pożytku swoemu Kostelnomu
Jako naylepey budet rozumeti Sprawowati, y na
to Iesmo Iemu dati Kazali ses nasz List z na-
szoju pieczatiu Pisano u Warszawe Lett Bozo-
ho Narozenia Tysecza Piatt Sott Piatdesiatt
Czetwertoho Mca Oktiabra dwadcatt czetwertoho
dnia

BONA
Regina

L.S.

Alia Litera

2. Venditio Areæ Vilnæ circa Pontem. 1499.
seu Osti

Ego Andreas Scheymienowicz Artium Baccalareus Ple„
banus in Theurogin cum fratre meo Jacobo cum Ami„
cis honestis Anna Michalkowa et Catharina Beynar„
towiczowa recognoscimus per præsentes quibus expedie„
rit universis p̄sentibꝰ & futuris harū notitiam habituris
quomodo manu conjuncta & stipulata vendidimꝰ Vene„
rabili Viro Dn̄o Magistro Erasmo Vitellio Decano et Ca„
nico Vilnensi nec n̄ Magni Ducis Secretario aream seu
ostum nobis Nobis hæreditte legitima pertinentem ad
latus domus protunc suæ utilitt͠is parti ex una et fluvium
Vilna parte ex altera sita pro triginta sexagenis numeri
et monetæ communis, cui totalem in eodꝫ possessionem
assignavimꝰ perpetue et in ævum. Promittimꝰ insuper
suæ utilitt͠is integram securittem et ab omnibꝰ impedimen„
tis cæterorū consanguineorū nostrorū plenariam exemptionem
qui partem hæreditt͠is paternæ ex cæteris rebꝰ susceperunt.
In quorū evidentiꝰ testimonium sigilla Nr̄a p̄sentibꝰ subimpressimꝰ
p̄sentibꝰ ibidꝫ Venerabilibus Honestis et providis Dn̄is
Bartholomæo Raczkowicz Canonico Vilnensi Nicolao
Frago, Joanne Zadora, Joanne Woitkowicz &
Joanne aurifabro Civibus Vilnensibus, qui sigilla
sua literis eisdem applicarunt. Actum & datum
Vilnæ Feria secunda in Vigilia Sancti Georgii,
Annô à Natali Domini Millesimô quadringen„
tesimô Nonagesimô Nonô.

Sigilla Novem. &

Privilegium

3. Privilegium seu Donatio Domûs Vilnæ Martino Epō Mednicensi. 1513.

In Nomine Domini Amen.

Annō à Nativitte ejusd 1513. Indictiōne Sexta Pontificatûs Smi in Xto Patris et Dni Nri Dni Alexandri Divina Providentiā Papæ Sexti Annō XX. die vero Solis 23. Aprilis: In mei Notarii publici infrascripti testiumqz infra Scriptorum ad hoc vocatorum specialiter et rogatorum præsentiā personaliter constitutus Rndus Pater Dnus Erasmus Vitellius Sedis Aplicæ Protho-notarius Præpositus Vilnensis & Scholasticus Vratislaviensis Regiæ Mattis Secretarius, non coactus neqz compulsus, nec per errorem aliquem seductus aut deceptus, sed purè liberè et ex ejus certa scientia ac Spontanea voluntate vendidit dedit cessit et concessit transtulit, tradidit, et donavit Rmo in Xto Patri Dno Martino DEI Grā Epō Mednicensi, Archidiacono et Canonico Vilnensi Domum Suam in Civitate Vilnensi et in platea Castrensi circa fluvium Vilna dictum Sitam, quam pro suis propriis pecuniis una cum loco Stabuli, quem Majestas Regia Sibi concessit et gratiose donavit, quæ præfato Dno Epō dedit Similiter donavit et resignavit et uti tam longe et late à Sepe ad Sepem quemadmodum Solus tenuit, habuit et possidebat, cum omnibus dictæ Domus Structuris & ædificiis nihil pro se penitus reservando pro pretio ducentorum triginta florenorum Hungaricalium puri auri, quod pretium dictus Dnus Erasmus confessus fuit et recognovit se habuisse et recepisse à Venerabili et egregio Viro Dno Joanne Philipowicz Decretorum Doctore Canonico Vilnensi Nne Rmi Patris Dni Martini Epi Mednicensis datum, exceptionem non habitorum non receptorum sibiqz non traditorum non solutorum dictorum florenorum, ob causam prædictam renuncians penitus et expresse per Ipsum Rmum Patrem Dnum Martinum Epum Mednicensem, tenendum, habendum

habendum, possidendum utendi, fruendi et fructificandi vendendum, donandum, pignorandum et alienandum, ac ad usus beneplacitos convertendum prout sibi melius et utilius videbitur expedire. De et super quibus omnibus et singulis præmissis præfatus Dominus Joannes Doctor Reverendissimi Præbati Domini Episcopi petiit sibi à me Notario publico infrascripto dari et confici publicum instrumentum, et plura si opus fuerit publica Instrumenta. Acta fuerunt hæc Vilnæ in Domo supra scripta et in Palatio inferiori. Annô et quibus supra Præsentibus ibidem Venerabili Honorabili et discreto Viro Joanne Decretorum Doctore et Canonico supradicto Petro Bergen de Posnania Mansionario Capellæ Regiæ in Ecclesia Vilnensi, Stanislao de Cracovia et Mathia de Prussinowice Notario Publico Presbyteris et Clericis Vilnensis, Posnaniensis Cracoviensis et Ploczensis Diœcesis Testibus ad præmissa vocatis specialiter atque rogatis. Signum

Et ego Thomas Petri de Tarnow Clericus Cracoviensis Diœcesis Apostolica Authoritate Publicus Notarius prædictæ Venditioni, Cessioni resignationi et pecuniarum receptioni aliisque omnibus et singulis, dum sicuti præmittitur fierent et agerentur una cum prænominatis Testibus præsens interfui, eaque omnia et singula præmissa sic fieri vidi, audivi, ideo hoc præsens publicum instrumentum manu alterius Notarii me aliis præpedito Negotiis fideliter scriptum, exinde confeci, subscripsi et publicavi et in hanc formam publicam redegi, signoque et Nomine meis solitis et consuetis consignavi, in fidem et testimonium omnium præmissorum vocatus et requisitus.

6. Litera super Potumpse alias Potumpsele przy Bottynikach Większych.

In Nomine

In Nomine Domini Amen.

Ad perpetuam rei memoriam: Nos Alexander Magnus Dux Litvaniæ Russiæ Samogitiæq Dominus & Heres Significamus tenore præsentium quibus expedit Universis præsentibus & futuris hor[um] notitiam habituris. Quomodo cupientes cultum divinum temporibus Dominii Nostri augere et servos DEI ac Ministros Ecclesiæ ne ob defectum victûs quoquomodo in servitio Dei n[on] deficiant providere, consideratis vero paucis proventibus Ecclesiæ Canonicatus Mednicensis, cujus aliqui prebendarii propter laborum magnitudinem sustentatione indigent Ecclesiæ, igitur ejusdem prebendario Venerabili Paulo suisq[ue] in ead[em] prebenda successoribus sex terras seu agros desertos in districtu Potumsze sitos Boltniki bonis Canonicor[um] adjacentibus Narwidos, Mienydos Zakos Skuwida Gynowo Cytcholkos et Golminos dictos tam late longe, et circumferentialit[er] prout per ipsos p[rae]tatar[um] terrarum quondam incolas eorundem et ab antiquo limitatos nihil proventus census auferendo ex ejus[dem] agris put inscripsimus damusq[ue] donamq[ue] et inscribimus tenore præsentium mediante per ipsos modernos prebendarios et successores ejusd[em] prebendæ tenend[um] habend[um], uti, frui pacifice et quiete possidend[um] ab ipsa tamen Ecclesia nullo pacto aliend[um] p[er]petuo et in ævum p[ro] quor[um] firmatione majori et evidentius testimonium sigillum Nostrum p[rae]sentibus subappensum Datum Vilnæ feria sexta infra octavam Corporis Christi Annô à Natali D[omi]ni 1598vo x)

P[rae]sentibus ibid[em] M[a]g[nifi]cis G[e]n[ero]sis et Nobilibus Stanislao Janowicz Capiti Samogit[iae], Joanne Litvano et Joanne Piotrowicz, marschalis, Nostris p[er] manus Magistri Erasmi Secretarii N[ost]ri qui p[rae]sentia habuit in commissis. Ex[traxi]t me correcti Notarium

Donatio juris

x) 1498 pagol Mur. ex-

Donatio juris Patronatûs Sup Plebanat

1503 x)

In Nomine Domini Amen. Ad ppetuam rei memoriam. Decet Majestatem Regiam Ecclesiasticum ordinem pro divini cultûs augmento ita curare, quemadmod ex ear Rectoribus et prælatis persvasione ex rationib p meli,, ori Statu illarum consultum acceperit. Proinde Nos Ale,, xander Rex Poloniæ M. Dux Lis Russiæ Pruss Samogg & Dñg et Hæres Significam tenore præsentium quibus ex,, pedit universis ptentibus et futuris har notitiam habi,, turis, quoniam coram Nobis constitutus Rndg in Xto Pater Dñg Marting Epg Mednicens devote et sincere Nobis di,, lectus exposuit et declaravit defects nnullos Ecclesiar Parochialium Diœc Suæ et collationis Nræ ppter Rectores hujusmodi Ecclesiar idiomatis Litvanici seu illig Samogs ignaros et n bene in divinis Literis institutos, qui nec prædicatione, unde fides Sancta Catholica augmentum acciperet, sufficere possunt, sed nec Sacramenta Ecclesiæ maxime confessionis rite et debito modo administrare valent, volentes itaqz hunc defectum in ordinem meliorem con,, vertere ut fides Catholica p bonos operarios uberius illuc plantari et indies magis augeri possit dicto Dño Martino Epo Mednic Suisqz Successoribus Jus Patronat quod Nobis in conferendis Ecclesiis Parochialibus Diœc ejusd Medniceus In Wielona videlicet, Rosieyni Wi,, dukle, Szaulé, Worni, Kottyniany et in Betygola per,, tinebat, dedimus et contulimus, damusqz et conferimus tenore præsent mediant dantes et concedentes dicto Epo Suisqz in eod Episcopatu Successorib plenam et omnimodam facultatem dictas Ecclesias conferendi p,, sonis ad hoc idoneis, quas ipsi elegerint, ne deinceps in his quæ ad fidei Christianæ augmentum ptinent aliqxuis aliquis defectus

x) A. Mur. ex

defectus ex parte eorum Curatorum illuc contingat, Super quo diligentiam Epi moderni & Success. Suor. oneramus. Ad quas collationes supra scriptas nunqm Nos neqz Successores Nri inposterum se intromittere debent. Volumus enim hanc donationem Nostram ppetuæ firmitatis vim obtinere. In cujus rei testimonium Sigillum Nrum psentibz ē subappensū. Datum Vilnæ feriâ quarta post Festum circumcisionis Dñi Anno à Natali ejsdz 1505. Regni Nostri 2do. Præsentibz ibidz Rmo in Xto Patre Dno Alberto Epo Vilnens. necnon Mficis et Gsis Joanne de Zabrzerye Palatino Trocensi & M.D. Lae Mareschalco Majori, Stanislao Kiszka in Smolensko, Stanislao Hlebowicz in Polocko, Alberto Janowicz in Cauno et Illmæ Dnæ Ducissæ Consortis Nræ Carissimæ Magistro Curiæ, Joanne de Zabrzyzye in Dorsuniszki Tenutariis et Mareschalcis Nris sincerè et fidelibus dilectis, p manq Venerabilis Erasmi Sedis Aplicæ Protho-Notarij Præpositi Vilnensis, Vratislaviensis Vladislaviens. Plocensis Ecclesiar. Canonici Secretarii Nostri qui præsentia habuit in Commissis &c.

Privilegium Vitoldi Sup pecuniam mel et Siliginem Epo & Canonicis 1417.

Nos Alexander Wytoldus DEI Grâ M. Dux Litvaniæ Samogz Russiæ &. Notificamq præsentibus omnibus & singulis quibus expedit universis, quomodo zelo accensi devotionis cupientesqz cultum divinum et Sanctam fidem Catholicam in Terra Nra Samaytarum quantum cum DEI auxilio possumus liberaliter dilatare, augere Venerabili viro Magistro Matthia Præposito Vilnensi postulato ad Ecclesiam Mednicensem novæ plantationis ibidz in terra Samaytar. ut eo melius ac devotius in dicta Ecclesia divinis posset vacare officiis, rectesqz quæ ad augmentum Sacrosanctæ Fidei Catholicæ ptinent

licæ ptinent, uberius exercere, pro Subsidio Status sui & reformatione dictæ Ecclesiæ, de innata Nobis clementia, de Thesauro Nostro quinquaginta marcas grossor Latoru, quinquaginta tunnas Siliginis, decem tunnas mellis. Canonicis vero in dicta Ecclesia deputandis, quor sex debent esse in numero cuilibet p decem marcas, et omnibg insimul decem tunnas mellis et Sexaginta tunnas Siliginis, et de thesauro Nostro annis singulis ad festum Nativitatis Xti dare et exsolvere præsentibus promittimg et volumus ad Nostram duntaxat voluntatem tamdiu quousqz anodia et Proventus dicto Epo & Ecclesiæ Ejus p nos data et penitus inscripta uberius reformata et aucta concernemus. Har quibus Sigillum Nostrum Psentibus e appensum testimonio literar. Actum & Datum in Troki die Dominico proximo post Festu XI millia Virginum Anno Domini MCCCC decimo Septimo (L.S.)

Literæ Sup Pagos Zasiety. 1561.

Zygmunt August z Bożey Łaski Krol Polski Wielkie Xiąże Litewskie Ruskie Pruskie Zmuydz Mazowieckie & Marszałkowi Naszemu Dzierżawcy Wielonskiemu Cirunowi Cyragolskiemu Panu Mikołajowi Schymkowiczu Połkuswenskiemu á Dworzaninowi Naszemu Woyciechowi Dzie wiatłowskiemu. Mowił nam X. Jan z Domanowi Biskup Zmuydzki otym iż Prodkowi Jego Xędzu Węcławowi Biskupowi Zmuydzkiemu Kazaliśmy były nagrodzenie uczynić odmiany Słuszną za trzydzieści wołow y za pięćdziesiąt beczek żyta z Ciwunstw Zmuydzkich na Xięży Biskupow Zmuydzkich przedtym wydawano á z pomiary włoczney ta powinność z poddanych naszych wzięta Co tak do tego czasu ta odmiana nieuczyniona. A tak My teraz za żądaniem Jkmści chcąc Xiędzu Biskupowi

nagrodzenie

Nagrodzenie uczynić za to, daiemy we Włości naszey Wielon-skiey ku Imieniu Jego kościelnemu z Włością Zasiecką przy-ległemi Dwanaście włok y przykazuiemy ażeby ty Dziewiąt-towski z wiadomością twoią Panie Marszałku, a w niebytności Pana Marszałka w Wielonie z Namiesnikiem jego obrawszy Dwanaście włok osiadłych ziemie naszey we Włości Wielon-skiey gdzieby sporzec było Xiędzu Biskupowi Zmuydzkiemu ku Imieniu Jego kościelnemu z Włością Zasiecką przyległe-mu podał koniecznie. Dan w Wilnie Roku Bożego Narodze-nia 1561 miesiąca Marca Dwudziestego osmego Dnia.

Sigismundus Augustus Rex

(L.S.) Woyciech Dziewiąttowski
Rewizor Jego M.ści Dworow
Poniemonskich.

Litere Sup Cessionem & Assignationem
Terrar. Zasięcy

Woyciech Dziewiąttowski Rewizor JkMści Dworow Po-niemonskich. Oznaymuię tym moim listem iż za wolą a rozkazem JkMści listownym podałem włok dwanaście osiadłych JmXiędzu Janowi z Domanowa z Boskiey łaski Biskupowi Zmuydzkiemu Ludzi Włości Wielonskiey w Zasieciach sioło Szussy na Imię Macieja Butkuna dwie włoce, Stasia Butkuna na włoce, Dobka Jodkaicia na włoce, Bartoska Jodkaycia na włoce, Zodzia Jodkaycia na włoce, Micza Niejuna na włoce, Dawgsza Niciuna na włoce, Macieja Staniunia na włoce, Jakuba Natajuna na włoce. A wszyscy poddani są wszyscy w jednym ciele po-sadzeni na włokach w tych granicach: ku wschodowi słońca włoki przypieraią końcami do poddanych do Biskupstwa Zmuydzkiego, ku południowi bokiem wedle włok sioła Szasiiew, ku zachodowi słońca końcami do włok włości Jondagolskiey

Tondagolskiey y do Ziem Grynkiskich, ku pułnocy bokiem przy ziemiach Grynkiskich, gdzie te włoki ze wszystkich stron ścianami y kopcami są dostatecznie ograniczone. Których poddanych Imć X. Biskup wedle nadania JKMci ma wiecznie spokoynie mieć w używaniu. Na com Imć Xędzu Janowi z Bożey łaski Biskupowi Żmuydskiemu dał ten moy list pod moią pieczęcią y z podpisem ręki moiey. Dan w Beysagole Miesiąca Maja XX. Dnia w Roku 1561.

Privilegium ad Villam Capitularem Gaubie

In Nomine Domini Amen.

Ad perpetuam rei memoriam.

Nos Joannes Domanovius DEI Gratia Episcopus Samogitiae omnibus & Singulis quorum interest, interierit et interesse quandoque poterit tenore praesentium Significamus ut quia ex DEI providentia ad gubernacula hujus inclytae Ecclesiae Medniceńsis sedentes consilio, opera et Summa diligentia non sine gravi Sumptu de voluntate Venerabilis Capituli Nostri apud Serenissimum Principem Dominum Nostrum Clementissimum Dominum Sigismundum Augustum DEI Gratia Regem Poloniae M. D. Lit. ac Samogitiae Et pro duodecim bobus Reverendissimis Dominis Episcopis Antecessoribus Nostris et eorum Venerabili Canonicorum Capitulo ab antiquo per certos Tiwunos Regiae Majestatis in Samogitia Solvi Solitis et ab aliquot annis non Solutis 12. Lancos alias włokas cum hominibus in districtu Beysagolensi Zasrieci dictis Curiae Nostrae Episcopali Croc, censi adjunctis obtinuimus ac pacifice possidemus. Verum cum medietas dictorum boum Venerabili Capitulo ex antiquo cedebat, medietatem Lancorum seu Włokarum et hominum cedere necesse est. Itaque Nos reddentes unicuique quod

Suum est

quod Suum est, nolentes tamen Nobis et Successoribus Nostris in dismembratione seu medietatis illorum Lancor & hominum cessione Curiæ Nostræ Cronensis incommodari et pro majori utilitate Vblis Capli Nri ob minorem loci distantiam, eid Vbli Caplo Rndis Dnis Canonicis Nris in vim medietatis præfatorum Lancorum et hominum à Sacra Regia Majestate impetratorum sex Laneos et septimum, ob lutosam et culturæ minus idoneam terram, additum cum hnibus videlicet: Joanne Petraictis, a Iak Siepalaictis, Michaele Orwidaictis, Joanne Iurcraytis, Gregorio Petricraytis, et Philippo dictis, antiquitus Curiæ Nræ Epali Olsiadensi Servientibus. Quorum septem lancorum seu Wlokarum limities et granities ab omnibus partibus certis parietibus et scopulis limitati et designati sunt, pleno jure dedimus, cessimus ac donavimus, cum omnibus utilitatibus obventionibus censibus et exactionibus, prout damus, cedimus et donamus in perpetuum nihil juris Dominii proprietatis Nobis et Successoribus Nostris in eisdem lancis & hominibus relinquentes, ac permensorem Nrum Nobilem Zachariam Laskowski induci ac intromitti in possessionem dictorum Lancorum & hominum Vble Caplum jussimus. Hoc etiam addito quod si Vble Caplum Nrum in eisdem lancis seu terris præsertim permutatis et earum hominibus controversiam à quoquam pateretur, Nos pro dictis terris et earum hominibus controversiæ evictores constituimus, tenerique de evictione earum terrarum et hominum Nomine volumus ac Successores Nostros ad id evictionis onus sustinendum adstringimus, eorum conscientiam onerantes. In Cujus rei fidem literas Nostras manus Nræ Subscriptione roboravimus, ac Sigillum Nrum Subappendi jussimus. Datum & Actum in

Actum in Olsiady 25. Mens Aug Annô humanæ Salutis 1562. præsens Honorabs et Nobilibs Viris Dñis Georgio in Olsiady Parocho, Stanislao Serow Artium liberalium Magistro, Joanne Bruna Capellanis Nris, Stanislao Chodakowski Curiæ Nræ Olsiadensis præfecto, Jacobo Skaromirski Structore, Andrea Bromirski, Joanne Skerkowski aulicis Nris testibs circa præmissa præsentibus.

Joannes Eps Mednicensis (L.S.)

Testamentum Rndi Mathiæ Canonici, quô relinquit Canonicis terram Gielendany 1499.

In Nomine Domini Amen. Sub annô Nativitis Ejusdem 1499. Indictione octava Pontificatûs Ssmi in Xto Patris & Dñi Nri Dñi Innocentii Papæ VIII. Annô Ipsius Sextô Die Lunæ Octava Mens 9bris hora tertiarum vel quasi in Domo habitationis Venerandi Viri Dñi Mathiæ Canonici Eccliæ Cathis Mednicens in stuba alba minori versus meridiem sita, Idem Venerandus Vir Dñs Mathias Canonicus per Dei gratiam sanus mente et corpore ac compos rationis existens animadvertens tamen quoniam ægritudinis vehementia corporalis solet plerumque à rationis tramite in tantum mentem avertere et nedum de temporalibus verum etiam de seipso et de anima quispiam disponere, ordinare seu providere non valet, quod dum in mente sobrietas est, in mente quies melius et salubrius disponitur ac etiam ordinatur ultimæ judicium voluntatis, et quia nemo in tantum positus viam potest ultimi judicii evitare, in quo quilibet etiam de factis propriis redditurus est rationem, Ideo sæpefatus Dñs Matthias Canonicus personaliter in mei Notarii publici et testium infra scriptorum præsentia constitutus volens periculis in futurum ~~evitare~~ obviare, et de veridica Superiorum Civium gloria tanquam verus fidelis Catholicus

in unione

in unione S^{tae} Matris Eccl^{ae} sibimet salubrit^{er} providere per
dispositionem bonor^{um} suor^{um} mobilium et immobilium propriorum)
ne forsan eum decedere contingat finaliter intestatum, suum
nuncupativum testamentum ac ultimam voluntatem in
hunc modum facere procuravit.
Imprimis igit^{ur} dictus D^{nus} Canonicus recommendando ani-
mam suam Altissimo Creatori, qui eam creavit et suae
Genitrici illibatae post hanc vitam suam dedit, legavit et
adscripsit D^{nis} Canonicis circa praedictam Ecclesiam Ca-
thedralem Mednicens^{em} pro tempore extunc existentibus et
Ipsor^{um} legitimis successoribus ad communitatem Terram, quam
emit apud felicis memoriae D^{num} Capitaneum Joannem
Samogitiensem, cum terra alia Regiae Majestatis h^{ominis} n^{omi}^{ne}
per ipsum empta, necnon cum prato in Vornie circa
fluvium Szycdupie et alio in Gielendany cum ter-
ra alia inibid^{em} per D^{num} Stanislaum filium dicti D^{ni}
Joannis Capitanei moderni Samog^{itiensis} pro sex sexagenis
debitis sibi danda et assignanda cum omnibus et singulis
dictar^{um} terrar^{um} utilitatibus, fructibus, proventibus et quibus-
vis obventionibus et mahimentis, et in longum et in latum
prout ea solus tenuit et possedit per Ipsos D^{nos} tenendum
habendum quiete ac pacifice perpetuo et in aevum, hoc
tamen excepto, quod si absit praefatus D^{nus} Capitaneus praefatam
terram in Gielendany vel ubi sibi dandam pro nominatis
sexagenis assignavit dare recusaverit, extunc D^{nus} praedi-
ctus Testator praedictas sex sexagenas exigendas per suos
Executores et fideicommissarios legitimos infrascriptos
pie affectavit, et inter praelibatos D^{nos} Canonicos dividen-
dum rogavit. Quos quid^{em} D^{nos} Canonicos summe petiit
et propter Deum rogat, ut anniversarie Missam pro defunctis
cum Vigiliis pro a^{nim}a Ipsius decantent perpetuo et in aevum.
Deinde Honorabili D^{no} Joanni Plebano de Krozie equum
album majorem, Discreto Martino Capellano de ibid^{em} alium
equum

equum minorem, Paulo Altarista ac Vicario de ibid etiam equum fulvum alias Rydy dictum, et Dno Joanni Romano Canonico quartum equum talistum dictum cum capistro desup ducto, dedit et legavit postulans ut quilibet eor p unam missam legerent p aa Ipsi et complerent, etiam quintum equum assignavit et dari se expressit cum pallio Florenti pueris ac cognatis suis si qui sunt olim Providi Stanislai Balneatoris in Warszowa fratrem Ipsi ex tunc moram trahentibq in Brisko penes Matrem Ipsorum. Insuper Subam nudam vulpinam aliam desuperductam panno, atq tam mensalia sua tres pellices et quatuor lodices commisit in manus Executor suor reddi et p omnia ipsis distribuend. Praeterea Dno Canonico dicto Dnq testator assignat testamento quoq Cantares stanneos cum rota ferreata pro curru et omnia utensilia et Suppellectilia domus ut oraret pro anima Ipsi unam tresmam & compleret quidquid si volet medium &. Ultimum Dictq Dnq testator volens ut Ipsi hoc p̄imum verum et irrevocabile testamentum suum debitum sortiatr effectum, elegit, fecit, disposuit, et uti melius potuit ordinavit dicti sui testamenti veros et legitimos Executores et fide Commissarios honorabiles et discretum Joannem Romanum Canonicum Mednicen et Joannem Plebanum in Kroze, necnō Paulum Altaristam de ibid dans et concedens eisd plenum mandatum et omnimodam potestatem omnia p̄miss exequendi et singula alia faciendi, quae veri et legitimi Executores faciunt. Et hanc suam ultimam voluntatem Dnq saepe fatus Testator voluit habere jure testamenti aut cujuslibet alterius ultimae voluntatis instrumenti, sup quibq omnibq & singulis p̄missis à me Notario publico infrascripto petiit sibi fieri unum v plura publicum v publica instrumentum v instrumenta. Et hoc publicum Instrumentū

Actū factū

Actum, factum, Annô, loco, die, quibus supra. Praesentib[us] circa praemissa Honorandis & discretis Dnis Joanne Romano Canonico & Petro ejusd[em] Mednicensis Eccl[esi]ae Canonico, Jacobo Capellano dictae Ecclesiae ac commensali R[everendissi]mi Episcopi, altero Jacobo, Stanislao Fratre Ipsius Petri, Joanne & Stanislao Clericis fide dignis testibus rogatis et requisitis.

Signu[m] Notarii Et ego Paulus Joannis de Przasrewicz Clericus Plocensis Dioecesis S[acr]a ac Imperiali Autte Notarius Publicus quia p[rae]dicti Testamenti ordinationi, legationi, assignationi, petitioni donationi, approbationi Executor[um], institutioni & eor[um] commissioni, testium rogationi aliisq[ue] omnib[us] et singulis praemissis dum sic ut p[rae]mittit[ur] fierent et agerent[ur] una cum praenominatis Testib[us] praesens interfui, eaq[ue] omnia et singula sic fieri vidi et audivi. Ideo hoc p[rae]sens instrumentu[m] manu p[ro]pria scriptum, conscripsi p[rae]sentavi, publicavi et in hanc formam redegi publicam, signô quoq[ue] et Nomine meis solitis una cum appensione Sigilli dicti Dni Matthiae Testatoris consignavi, In fidem et testimoniu[m] omnium p[rae]missor[um] rogatus pariter et requisitus.

Litera sup[er] obstacula in fluviis Wywiersza Szalpe Upeta & Szylupis. 1407.

In Nomine Domini Amen. Humana memoria aeternitati n[on] comparat[ur], expedit ut ea quae sunt in humanis negotiis munimentis sigillor[um] scripturar[um] roborationib[us] firment[ur]. Ideo Ego Petrus cum uxore mea legitima et Michaële filio meo Notum facimus Universis & singulis quibus expedit, quia Ulesiha et filius ejus Zhanthleussa dederunt sano animo et Consilio Amicorum obstacula in fluviis Wywirsza Szalpe upetha Szlupis p[ro] Episcopis Cathedralis Eccl[esi]ae Mednicensis p[er]petuo et in aevum tali conductu quod media pars piscium debet p[ro] Nobis hereditarie p[er]tinere, alia autem

Pars pro

par, p. Dnis Episcopis causa et Structura Ipsorum ex utrisqz partibus videbitur reformari, sed timentes ne omnium Nostror. vota et donationes immutent, speciali favore petiimus Rmi. Dnum Mathiam DEI Graâ Epum Mednic. quod eorum voluntates et vota privilegiata essent, in quo fecimus ad effectum concordando cum votis et voluntatib. Nostror. Antecessorum, quod Præfati Patres Rndi teneant, habeant, utant. perpetuo et in ævum, nullusqz hominum excepto jure nostro hereditario et Dnor. Episcopor. ibi in fluvios debet et videbitur habere recursum. Quæ Signô Nostro confirmamus. Actum et datum in Medniki Die Solis V. Mens. Xbris Annô Dni 1407. Præsentib. testibus Dnô Petro Canonico, David Nicolao Plebanô de Zukniki, Dnô Iechno Iacobo Thoma Capellanis Curiæ Nræ. Nobili Petraz Mosrowic, Mathia Thoma mareschalco Ceterisqz qm pluribus fide dignis, Meqz Stanislao Notario protunc existente.

Privilegium Sup. Domus Canonicor. 1469.

Mathias DEI Graâ Epus Mednicensis Significamus tenore Præsentium quib. expedit universis quomodo considerantes et diligenter in animo revolventes fidelibus et assiduis servitiis Nobis p. Venerabilem Dnum Ioannem Canonicum Mednicensem de Szodrow fideliter exhibitis in posterumqz Nobis ac Successoribus Nostris exhibendis de Consilio maturo nostro et Sana deliberatione animi, eo quod locus in quo habitationes Dominor. Canonicor. pro ædificanda domo sua aptus defuit, Nobis autem et Ecclesiæ Mednicensi in quam pluribus profuit sibi jam dicto Dnô Ioanni Canonico Mednicensi digna petenti et justa postulanti, insulam aliàs terram quæ adjacet piscinæ majori Nræ versus occidentem ad longitudinem a qua Viâ usqz ad prata adjacentia

adjacentia piscinæ versus meridiem ad latitudinemque, per ipsa[*] insula spatium à piscina usque ad fossatam alias usque ad vallem pro construenda domo habitationis et horto seminando dedimus donavimusque, Assignavimus præsentibus damus donamus assignamusque sibi ejusque Successoribus possidendam, tenendam, inhabitandam ad usus beneplacitos sibi Ecclesiæque convertendam ipsi jam directe assignantes locum perpetue sexto in numero Canonico. In cujus testimonium Nostri Soliti Pontificalis sigilli jussimus appensione communiri. Actum et datum in Curia Nostra Medniki Die Solis 3. mensis Xbris Anno Incarnationis Domini MCCCCLXIX. Præsentibus Honorabilibus discretis ingeniosisque Dominis Domino Joanne Attshew Domino Thoma Alexio Presbyteris, Michaële tunc Rectore scholæ ibidem Sagacibusque Viris Domino Thoma Laurentio Procuratoribus Stanislao alias Thulbysz Joanne et aliis fide dignis ad hoc vocatis in præsentia Nostri constitutis.

Literæ jus Patronatus pro Episcopis.

Stephanus DEI Gratiâ Rex Poloniæ M. Dux Lituaniæ Russiæ Prussiæ Samogitiæ Mazoviæ Livoniæ nec non Transilvaniæ Princeps.

Significamus præsentibus literis Nostris quorum interest universis & singulis exposuisse Nobis Reverendissimum in Christo Patrem Melchiorem Ducem Giedroyć Episcopum Samogitiæ aliquot Ecclesias juris Patronatûs Nostri in Ducatu Nostro Samogitiæ Pastoribus vacare, petiitque à Nobis ut pro una vice præsentandi et Ecclesias eas idoneis Verbi DEI præconibus conferendi facultatem ipsi concedamus. Cujus petitioni Nos benigne annuentes concessimus ac per præsentes pro una vice in omnibus Ecclesiis idoneas personas ad ministerium Cultus DEI instituendi potestatem

[*] cf. mur. et.

Potestatem illi damus. Quocirca omnib[us] & universis quor[um] interest præcipue autem Incolis Diœcesis Ep[iscop]at[us] Samogitien[sis] notum esse volum[us] ut quascunq[ue] p[er] nominat[um] Melchior Dux Giedroyc Ep[iscop]us Samogitiæ ad vacantes Parochias p[er]sonas idoneas ad illas presentaverit, ipsas ab Ep[iscop]o p[re]sentatas et investitas eo loco habeant ac si Nos ipsi eas p[re]sentassemus. Atq[ue] testimonio literar[um] manu Nostra presentes Subscripsimus et Sigillo N[ost]ro communiri jussimus. Datum Lezeisko d[ie] 6. Maji Anno D[omi]ni 1578.

Stephanus Rex (L.S.) Venceslaus Agrippa S. R. M[aies]t[at]is in M. D. L[ithuani]æ Notarius &

Literæ p[ro] Refectionib[us] Canonicor[um] Mednicen[sium] 1613

hic Incorporatum est Beneficium Viduklense

Nicolaus Pac DEI & ap[osto]licæ Sedis Gr[ati]a Ep[iscop]us Medniç[ensis] & Samogitiæ.

Notum facimus hisce p[re]sentib[us] literis nunc et in p[er]petuu[m] valituris, quod cum nihil nobis in votis tam optabile sit quam ut cultum divinum, et si in tota diœcesi, tamen p[rae]cipue in Ecclesia N[ost]ra Cathedrali v[el] maxime p[ro]moveam[us]. Ideo cum cerneremus ob n[on] residentiam circa Ecclesiam Cathedralem Consiliarior[um] N[ost]ror[um] Canonicor[um] cultui Divino, Ecclesiæ decori, et dignitati Episcopali insufficienter respondere, qui p[ro]pter exiguos et angustos proventus ad honestam Sustentationem n[on] Sufficientes sæpius ab Ecclesia abesse cogunt[ur]. Igit[ur] ut eos ad residentiam p[ro]vocem[us] et alacriores reddam[us], ad hoc ut cultus Divinus in Ecclesia p[re]dicta sedulo p[ro]pagatur et p[ro]pagetur, ex p[ro]ventibus Ecclesiæ Viduklensis, relicto apud eam Vicario p[er]petuo, ei[us]q[ue] Sufficient[er] p[ro]viso et à S[anctissimo] D[omi]no approbatione obtenta trecentos, florenos p[ro] distributionib[us] et refectionib[us] quotidianis p[er]petuis temporib[us] attribuend[os] et p[ro]vidend[os] duxim[us] et dari quotannis ad man[us] p[ro]curatori[s] assignam[us]

aſsignavimus et ordinavimus. Atq; ut prædictæ Refectiones ampliores & Sufficientiores fiant, secundum Sanctiones Concilii Tridentini, tertiam partem proventuum ex præstimoniis taxatis quilibet Tenutarius præbendæ suæ reponet videlicet ex præstimonio Archidiaconali dicto Krakinow floreni 60. ex Præstimonio Majori Zukostawski floreni Sexaginta, ex Præstimonio minore Zukostawski floreni quinquaginta ex præstimonio majore Wasztaki flor. 50. ex præstimonio minore Wasztaki flor. 40. ex præstimonio majore Bottniki flor. 30. ex minore etiam 30. Summa tam à Nobis fundata quam ex præstimoniis collata facit florenos 620. quæ ordine infra scripto distribuetur. Procuratori pro labore in dividenda, colligenda, et servanda pecunia floreni 25. obvenient, Hebdomodario, qui cunq; præsens celebraverit (absentis enim sequens ordine hebdomodam servabit:) dabantur floreni duo. Pro pane cuilibet præsenti in Septimana grossi 10 Litvanici, pro distributionibus quotidianis, sive illi plures sive pauciores fuerint, quolibet Sabbatho dividentur inter præsentes floreni septem, reliquum quod remanebit ex distributionibus Miſsalium et panis (quia pro his certa summa computari non potest:) post redditam rationem Procuratoris in divisionem præsentium, seu ut vulgo vocant consolationes cedere poterit. Sed quia beneficium datur propter officium, ideo nullus absens, imo et præsens si vel actu Sacrum in templo Cathedrali non celebraverit vel saltem non audierit et omnibus divinis in festis præsertim non interfuerit, ullo prætextu sub pœna Excommunicationis refectiones petere vel actu percipere audeat et præsumat. Quod si aliquot diebus vel uno (excepta infirmitate vel legalitate

causa idq;

legali causa idq; cum scitu Procuratoris:) abfuerit, ejus diei refectionibq sub eadq pœna carere debet. Ad quæ omnia ne errores committat, Procurator diligenter attendat. Tamen siquispiam Capitularium in negotiis Ecclesiæ, sive ad Tribunal sive ad alias res peragendas ex consensu Fratrum ablegatus (:tempore certo præfixo:) fuerit, pro præsente haberi debet omnibusq; obventionibq tanquam præsens gaudebit. Contributiones ex præstimoniis superq dictæ secundum taxam expressam, à quolibet Prælato, Canonico ad manq Procuratoris in Anno sequenti 1614to post festo S. Martini et sic consequenter singulis Annis conferri et reponi in thesaurum debent, sub pœna dupli. Quod siquis pertinax in reddenda Summa fuerit, Procurator ex Decreto et Consensu Capituli, præbendam contumacis tamdiu detineat, donec taxa assignata et multa ex censibus et fructibq præbendæ ipsiq exigat. Rationem autem distributionum tenebitq reddere Procurator statim post secundam hebdomadam Adventûs, illo enim tempore solent plerumq; causa devotionis omnes præsentes Capitulares adesse. In quorum fidem hasce manu Nostra subscriptas sigillo nostro communiri jussimq Datum Vorniæ Anno 1613. xbris d. 26.

Privilegium super Refectiones Ecclesiæ Cathedralis Mednicensis

Paulus Epq Servus Servorum DEI. Dilecto filio Nostro & Sedis Apostolicæ apud Charissimum in Xto filium Nostrum Sigismundum Poloniæ Regem Nuntio, Salutem et Apostolicam benedictionem. In eminentis dignittis specula licet immeriti disponente Domino constituti

constituti. Votis gerimus et tuemur ut per Nostræ Provi-
dentiæ Ministerium Ecclesiæ præsertim Cathedrales nec
non in illis mancipatæ divinis obsequiis Personæ o-
sut eas singulis expedire cognovimus suspensis relevan-
dis indigentiis provisionis accommodæ præsidium susci-
piant ac divinus inibi cultus valeat adaugeri. Exhibita
siquidem Nobis nuper pro parte Venerabilis Fratris Nostri
Nicolai Epi Mednicensis et Samogitiæ ac dilectorum filiorum
Capituli Ecclesiæ Mednicensis petitio continebat,
quod alias præfatus Nicolaus Epus considerans pro sua
solicitudine et vigilantia pastorali in præfata Ecclesia
aliquas distributiones quotidianas quas communiter
refectiones vulgo vocant, hactenus fundatas non fuisse
et tam ob id quam ob præstimoniorum quæ Canonici dictæ
Ecclesiæ ratione suorum Canonicatuum et Præbendarum
obtinent fructuum tenuitatem eandem Ecclesiam præsen-
tia suorum Capitularium destitui consuevisse, ideo cu-
piens illam residentia et assiduitate præfatorum Capitula-
rium indies magis ordinatam reddere, simulque eisdem
Capitularibus et Canonicis de aliqua distributionum
quotidianarum subventione providere trecentos florenos
Annuos, monetæ illarum partium summam centum et
quinquaginta ducatorum auri de camera vel circiter
ut asseritur constituentes ex fructibus et redditibus annuis
Parochialis Ecclesiæ Viduklensis Mednicensis Diœcesis
tunc per obitum illius ultimi Rectoris extra Romanam Curiam
de facto vacantis mensæ Capituli primo dictæ Ecclesiæ
ad usum distributionum seu refectionum quotidianarum
hujusmodi in manibus Procuratoris ejusdem mensæ quotannis
persolvendas, cum hoc tamen, quod residuum dictorum fructuum

ad ducentos

ad ducentos ducatos similes vel circa ut asserit ascenden-
tium pro Rectore seu Vicario ipsius Parochialis Ecclesiae
remanere debeat sua ordinaria Authoritte perpetuo ap-
plicavit et assignavit. Proterea Capitulum et Canonici
hujusmodi piae intentioni praedicti Nicolai Episcopi ac Con-
cilii Tridentini decretis adhaerere volentes in unum
ut moris est Capitulum congregati unanimi consensu
et voluntate statuerunt, quod extunc deinceps ex Kra-
sinowo 60, ex Majori Lukostawski etiam 60. ex minori
Lukostawski 50. et ex majori Wosztaki etiam 50. ac
ex minori Wasztaki 40. nec non ex Majori Bottniki
30. et ex minori Bottniki nuncupatis praestimoniis
dictae Ecclesiae Mednicensis etiam 30. florenos hujus-
modi quotannis extradi etiam in commune, ad ut-
vis earundem distributionum conferri debeant, Idem
Nicolaus Episcopus attendens omnem summam
hujusmodi ad sexcentos et viginti florenos similes
quotannis ascendere pariter statuit et ordinavit, quod
dicto Procuratori pro ejus labore in colligenda servanda
et dividenda pecunia viginti quinque florenos,
hebdomodario autem quicunque praesens celebraverit
duo floreni, et pro pane cuilibet praesenti in septi-
manam decem grossi Litvanici dari, pro distributio-
nibus vero quotidianis, sive illi plures sive paucio-
res fuerint, quolibet Sabbatho inter praesentes floreni
septem, reliquum quod remanebit ex distributionibus
missarum et panis, quia pro his certa summa computa-
ri non potest, post redditam rationem Procuratoris
inter praesentes dividi debeant. Sed quia beneficium

datur propter

datz ppter officium ideo nullus absens imo et psens
si vel actu in Cathedrali Ecclesia n celebraverit vel
saltem n audiverit et omnibus divinis officiis in festis
psertim n interfuerit ullo pretextu refectiones pe-
tere v actu pcipere audeat et presumat. Quodsi ali-
quot diebus v una excepta v legali causa idqz cum
scientia Procuratoris abfuerit ejus dici refectionibus sub
eadz pena carere debeat. Adque omnia ne error com-
mittatz Procurator diligenter attendat. Tamen siquis
piam Capitularium in Negotiis Ecclesia sue ad Tri-
bunal v alias fagendas ex consensu fratrum ablegatz
tempore certo pfixo fuerit, pro psenti haberi omni-
busqz obventionibus tanquam presens gaudere. Con-
tributiones vero ex prestimoniis pfatis secundam ta-
xam expressam à quolibet Canonicorum etiam ex dicta
Parochiali Ecclesia ad manus Procuratoris in annô se-
quenti 1614. pro festo S. Martini et sic consequenter
singulis annis conferri et reponi in thesaurum debe-
ant sub pena dupli. Quod si quis pertinax ex Capitu-
laribus in reddenda taxa fuerit, Procurator ex Decreto
et Consensu Capituli prestimonium contumacis tamdiu
detineat, donec taxa assignata et multa ex censibus
et fructuum prebende ipsius exigatz. Rationem au-
tem distributionum predictar teneatz reddere Procurator
statim post hebdomadam Adventûs Domini prout in scri-
pturis desuper confectis continetz. Cum autem sicut
eadz petitio subjungebat pmissa omnia p divini
Cultus in primodicta Ecclesia augmento facta
esse dignoscantz et plurimum intersit prospere
directioni primodicte Ecclesie illa mediante infra-
scripta dismembratione debite Executioni deman-
dari facere

dari facere pro parte Nicolai Epi & Capituli prdictorum nobis fuit humiliter Supplicatum, ut primodictæ Ecclesiæ statui opportune providere de benignitte Apostolica dignaremur. Nos igitr qui de præmissis certam notitiam n̄ habemq ipsum Nicolaum Episcopū et Capituli hujusmodi singulares psonas, à quibusvis Excommunicaōnis Suspensionis et Interdicti aliisqz Ecclesiasticis Sententiis, Censuris et pœnis, à jure v ab homine quavis occasione v causa latis si quibus quomodolibet innodati existunt ad effectū psentium duntaxat consequendum harum serie absolventes et absolutos fore censentes. Nec n̄ dictarum scripturarū et inde secutorū quorumcunqz tenores etiam veriores ac aliarū unionum applicationum et approbationum dictæ mensæ hactenq quomodolibet factarum psentibus p expressis habentes hujusmodi supplicationibus inclinati discretioni tuæ p Apostolica scripta committimq et mandamq, quatenq de pmissis omnibus et eorū circumstantiis universis authoritte Nra te diligenter informes, et si p informationem hujusmodi ea reperies fore vera super omnibus tuam conscientiam oneramq. dicta Authoritte Nra, à parochiali Ecclesia tot, ex quibus trecenti, et à Terakinow tot, ex quibus 60. ac à Majori Zukostawki tot, ex quibus etiam 60, nec n̄ à minori Zukostawki tot, ex quibus 50. et à majore Waszlaki tot, ex quibus similiter 50. ac à minori Wasztaki tot, ex quibus 40. atqz à majori Boltniki tot ex quibus 30. et à minori Boltniki pstimoniis pfatis, quæ diversi primodictæ Ecclesiæ Mednicensis Canonici, ut pferto obtinent, tot pprietes et bona p Nicolaum Epum et Capitulū hujusmodi

designanda

assignanda, et quibus etiam 30 florenor hujusmodi red"
ditus annui Arbitrio Nicolai Epi et Caplu ipsor com"
mode pcipi possint de consensu supradicta Ptimonia ad
Psens obtinentium ppetuo separes et dismembres, illaqs
sic seperata et dismembrata mensæ Capitulari Ptatæ p
usu distributionum quotidianar hujusmodi eadq Autho"
ritte Nra etiam ppetuo applices et appropries. Ita
quod liceat Capitulo & Canonicis Ptatis corporalem, realem
et actualem ppriettum et bonor sic seperator et dismembra"
torum juriumqs et ptinentiar suar quorumqs possessionem
p se v alium seu alios eor, ac dictæ mensæ nomine ppria
Authoritte apprehendere et apprehensam ppetuo reti"
nere, fructus quoqs redditus, proventus, jura obventio"
nes emolumenta ex eis pvenientia quæcunqs pcipere, exi"
gere, levare, recuperare, locare, arendare et administrare,
ac in dictar distributionum juxta formam statuti et or"
dinis à Pdicto Nicolao Epo, ut Pfertq, factor, aliosqs ejqd
mensæ usus et utilittem convertere diœcesani loci v
alterigs cujusvis licentia desup minime requisita.
Nos enim si separationem et dismembrationem ac Ap"
plicationem et appriationem hujusmodi pvertere
vigore earund Psentium fieri contigerit, ut Pfertq,
easd Psentes literas semp et ppetuo valituras et effi"
caces esse et fore, neqs sub quibusvis similiu v dissimiliu
gratiar revocationibus suspensionibus limitationibus
derogationibus aut aliis contrariis dispositionibus
etiam p Nos et successores Nros Romanos Pontifices
p tempore existentes et sedem Pdictam sub quibus"
cunqs verbor expressionibus et formis ac cum quibusvis
clausulis et decretis p tempore quomodolibet factis
comprehendi, sed ab illis semp excipi, et quoties illæ
emanabunt

emanabunt, toties in pristinum, et eum in quo antea quomodolibet erant statum restitutas repositas et plenarie reintegratas ac de novo etiam sub quacunque actione per Capitulum et Canonicos hujusmodi pro tempore quomodocunque eligenda concessas esse et fore. Sicque per quoscunque judices quavis Authoritate fungentes etiam causarum Palatii Apostolici Auditores et S. R. Ecclesiae Cardinales, etiam de latere Legatos et vicelegatos dictaeque Sedis Nuntios judicari et definiri debere, nec non sinsecus super his à quoque quavis authoritate scienter vel ignoranter contigerit attentare irritum et inane decernimus contradictores Authoritate Nostra praedicta appellatione postposita compescendo, non obstantibus praemissis ac suum de Unionibus committendis ad partes vocatis interesse habentibus, exprimendoque vero valore ac Lateranensis Concilii novissime celebrati Uniones perpetuas nisi in casibus fieri prohibentes, aliisque quibusvis Apostolicis ac in Synodalibus provincialibusque et universalibus Conciliis, editis specialibus vel generalibus constitutionibus et ordinationibus, nec non dictae Ecclesiae Mednicensis, et juramento confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus Privilegiis quoque indultis et literis Apostolicis primo dictae Ecclesiae Illiusque Praesuli, Capitulo Canonicis, aliisque superioribus et personis sub quibuscunque tenoribus et formis ac cum quibusvis derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacissimis et insolitis clausulis, nec non irritantibus et aliis decretis in genere vel in specie etiam motu proprio et Consistoriali; etiam iteratis vicibus, et aliis in contrarium forsan quomodolibet concessis approbatis et innovatis. Quibus omnibus et singulis eorumque totum tenoribus specialiter specificata expressa et individua, ac de verbo ad verbum non

autem per

autem p clausulas generales idem importantes mentis seu quaevis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret illis alias in suo robore pmansuris hac vice duntaxat harum specie specialiter et expresse derogamus contrariis quibuscunqs communiter aut divisim ab eadq sit sede indultum, quod interdici, suspendi v excommunicari n possint p literas apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbu de Indulto hujusmodi mentionem. Datum Romae ad S. Petrum Anno Incarnationis Dni 1615. D 4 Janq Pontificatus Nri Anno Undecimo.

Pro Illmo & Rmo Dno Cardle Summ et A Damascenus
S. Cebellutius S. de Ursinis
R apud Simonem secretariu

List do Ciwuna Cyragolskiego o budowanie Kościoła w Cyragole 1609.

Zygmunt III z Łaski Boskiey Krol Polski Wielkie Xiąże Litewq Ruskq Pruskq Zmoickie Mazowieckie Inflanskq a Szwedski Gotski Wandalski dziedziczny Krol.

Urodzonemu Sebastianowi Sebastianowiczowi Kienstortowi Ciwunowi Cyragolskiemu Sędziemu Ziemskiemu wiernie nam miłemu łaskę naszę krolewską Urodzony wiernie nam Miły. Mamy tę wiadomosc od Xiedza Plebana Cyragolskiego, że kościoł tameczny Cyragolski ktorego niezwykli mieszkanie y wszystka włok poddani naszey Dzierżawy wiernosci twey oprawowac przez upor y nieposłu„

y nieposłuszenstwo ich, a za niedozorem Wiernosci Twey iuż to od kilku lat jako zbudowany niepokryty bez dachu stoi y niemal iuż pogniet y opadł y prętkiego opatrzenia potrzebuie. Zaczym prosił nas abysmy o tym do Wiernosci Twoiey list nasz pisac roskazali. My postrzegaiąc aby koscioły na Chwałę Bożą od Przodkow Naszych y od Nas Samych fundowane do zniszczenia nieprzychodzili chcemy mieć y pod łaską naszą przykazuiemy Wiernosci Twey abys tego pilno doyrzał y tak mieszczanom jako y wszystkiey Włosci Cyragolskiey roskazał, aby jako nayprędzey ten kosciół oprawili. W czym Wierność tuż z powinnosci swey y dla łaski naszey uczynić nie zaniechasz koniecznie. Data w Warszawie Roku Panskiego 1609 Miesiąca Julii 28 dnia Panowania krolestw Naszych Polskiego 22. a Szwedskiego roku.

Sigismundus Rex (L.S.)

Eustachius Wołłowicz
Pisarz y Referendarz W. X. Lgo.

Privilegium Capellae Ecclesiae Cathedr. Mednicens.
~~15~~ 1507.

Martinus DEI & Aplicae Sedis Gratia Epus Mednicens. Significamus tenore praesentium quibus expedit universis quomodo volentes se conformare voluntati Praedecessorum Nostrorum Episcoporum voluntatem custodientes qua Capellam in Ecclesia Nostra Cathedrali Mednicen. fundaverunt, privilegium tamen super hanc nullum dederunt. Nos vero maturo consilio cum fratribus Nris Canonicis

super hoc

Kauno Tarpdiecezinės
Kunigų Seminarijos
BIBLIOTEKA

Super hoc habito cupientes etiam hanc Nostram Volun„
tatem à Successoribus Nris observari prædictam Voluntatem
Prædecessorum Nostror confirmando et dotando præfatam Capel„
lam damus et donamq et p præsentes adscribimus ex quatuor
Curiolis Nris videlicet ex Worny, Leleikeny, Wyrzowiany et
Maguriany decimam de omni grano, nec n duos homines
videlicet Petrum Szarpaytis et Alexium Kymovidaytis
cum terris et liberis eor Discreto Dno Stanislao Ca„
pellano et Altarista de mensa Nostra p nunc Possessori
Capellæ prædictæ et Successoribq ipsiq legitimis. Insuper
Domunculam cum area penes Domos Canonicor super
monte ex opposito Cæmiterii duasqz Sexagenas pe„
cuniar monetæ Currentis ex taberna in Worny, nec non
expensas in Curia Nostra ipsimet Secundo equumqz
servando in expensis nostris, damus donamq et appropri„
amus præsentibus et Successoribq ipsiq. Ratione Cujus
dotationis ex nunc Dnq Stanislaq et ipsiq legitimi Succeso„
res juxta prædictor Nostror Prædecessor et hanc nostram Con„
firmantem voluntatem tenebuntq et præsentibq obligantq
in qualibet hebdomada duas missas unam p peccatis
et aliam p defunctis legere et complere p perpetuo et in
ævum. In quor omnium fidem et testimonium præmis„
sor Sigillum Nrum præsentibq è subappensum Actu et datu
Medniki in Curia Nra Feria quinta post Festu Epipha„
niar Anno Dni 1507. Præsentibq ibidq Venerabilibus„
et Discretis Viris Paulo Canonico et Officiali, Joanne
Baccalaurio Canonicoqz ac Curato in Szawle, Nicolao
Canonico Curatoqz in Rosieynie, Mednicq, Georgio Vicario
Salomone vicesgerente de ibidem et me Martino So„
kolnicki Notario, qui talia habui in mandatis.

(L.S.)

Literæ Sup.

Litera super eand Capellam. 1609.

Melchior DEI & Aplicæ Sedis Graâ Epūs Medniē Dux Giedroiģ. Notum facimus psentibus hac notitiam habituris, qd cum intelleximus capellam Eccliæ Nræ Cathed Medniē fundaonis quondam piæ memoriæ Pdecessoris Nri Martini Epi Medniē vacare, bonaqz huis capellæ et Altaris nescitū à quo Pdecessore Nostro occupata, Subditosqz ~~Nostros~~ Nuncupatos Szarpaycie cum ipsor agris pratis et cum omnibus ac singulis ad supra nominatum pagum Szarpaycie ptinentibus, put modo possident et olim possidebant ad Curiam Nostram Episcopalem Vorniensem applicata, ad nostra usqz tempora n fuisse restituta. Nos hac recognita tam literis ipsius fundationis inspectis censuimus fundationem huis capellæ restituendam, put 2dum tenorem fundationis n tantum subditos dictos Szarpaycie ad hanc capellam restituimus sed et altare de novo erximus, quandoquid de priore certo n constabat, et ad eam Capellam sic fundatam Simonem Niesielscium actu presbyterū investiri jussimus. Et quoniam ead fundatio obligat eid Altaristæ decimas deberē dari ex duabz curiis Episcopalibus Vornie et Wyrzowiany et ex duabz Curiolis Mayuriany et Leleiki, ex quibus primis Curiis Vornie et Wirzowiany ex omni grano decima dat, ex Curiola vero Mayuriany, ubi jam modo n Curiola sed pagus est concessimus ei loco consvetæ decimæ grani decimum grossum ex censu Nostro ex Mayuriany etiam put à Nobis concessum ē solvitū. Pro decimis verò ubi antea fuit Curiola nostra Leleiki pertinens ad Curiam Nostram Vornensem, nunc autem ibi sunt subditi Nostri dicti Bojarze, eid Altaristæ in compensationem et commutationem decimæ, quæ ei ex Curiolā Leleiki olim dabat, item p mensa, quæ ei juxta privilegium fundationis in Curia Nostra Vornensi una cum puero exhibebat

exhibebat, concessimus et donavimus etiam cum consensu V. Capli Nri prout concedimus et donamus terram vacantem et desertam seu pustowszczyznam dictam Kuliszki ppe fluviu Nekoria, Ipsi Supranominato moderno Altaristæ Honorabili Simoni Niesiełsio & Successoribus Ejus legitimis ppetuo et in Ævum. In cujus rei memoriam sigillum nru subappo ni jussimus et manu subscripsimus Dabant. Olsiadis in Curia Nostra Anno 1609 d 28 Jan.

Melchior Eps Samogitiæ ppia manu. (L.S.)

Litera Sup eandem Capellam.

Mikołay Pac z Łaski Bożey Biskup Żmuydzki. Wszystkim wobec y każdemu zosobna mianowicie Urzędnikom Naszym Worniensckim natenczas Mikołajowi Sanickiemu y napotym będącym oznaymuiemy tym Listem Naszym y X. Simonowi Niesiełskiemu Wikaremu Worniens y nasstępcom Jego do Ołtarza od Antecessorow Naszych nadanego z Czynszu Worniens poczowszy od Roku da Bog przyszłego 1614. na S. Marcin względem Mayurian Wioski Wyszowianskiey Kop dwie litewskich y względem Kaperzyny z Miasteczka Worniensckiego Kop dwie Likus wszystkiego ogułem za każdy Rok na przyszłe lata po Kop 4. zawsze z Worni ma bydz oddawano y płacono w każdym Roku na pomienionym czasie Swięto Sgo Marcina. A co się tknie dziesięciny w Snopie z parafii Worniensckiey y Wiłkowianskiey, to według zwyczaiu wcale ma bydz oddawano. Na co ten list podpisany y zapieczętowany pomienionemu Xiędzu dalismy w Worniach Roku 1613. Nowembra 28 dnia (L.S.)

Nicolaus Pac manu propria.

Sup Capellam

Super Capellam in Rosienie. 1537.

Jundzilowa

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Quoniam Aevi praesentis lubrica conditio cunctas hominum actiones plerumque in oblivionibus abyssi demergi consuevit, nisi apicibus literarum testimonio fidelium in perpetuum fuerit roborata. Gatenus ego Dorothea Jundziłowna Wenclawowa Daugietowiczowa cum filiabus meis Anna & Elisabeth: perpendentes statum hujus saeculi fore transitorium volentesque caduca pro coelestibus commutare Significamus tenore praesentium Universis & singulis, quod ad laudem DEI Omnipotentis pro remedio praedecessorum Nostrorumque peccaminum damus adscribimus appropriamus & incorporamus ad Capellam Nostram in Rosienensi Ecclesia à parte dextera versus meridiem sitam à Nostris praedecessoribus fundatam ac à Rmo in Xto Patre Martino Episcopo Mednicensi ad laudem & Honorem S. Trinitatis nec non SS. Joannis Apost: & Evangel. Stanislai Epi & Vencesłai Patroni Nri, nec non Nicolai Epi & Conf: consecratam Curiolam Nostram Thwerys nuncupatam cum omnibus et singulis utilitatibus, fructibus, proventibus, agris, pratis, pascuis, aquis, nemoribus & omnibus ad eandem Curiolam pertinentibus. Item Kmetones videlicet: Mjeczystos Szydmienos, Szadus, Kupliz Albertum Klistowicz cum toto eorum Servitio. Item terram Nostram propriam in Schilthzi, item duodecim familiam obnoxiam septem masculos et quinque feminas, tres porcos impinguatos, duas vaccas, duas sexagenas grossorum numeri Litvanicalis pro tunc currentis pro festo OO: Sanctorum Decimam de omni grano ex Curia Nra Rosienensi, Item ex Curia Nostra in Schalkoty decimam de omni grano excepta avena quae omnia & singula Nos et Nostri Successores Rectoribus dictae Capellae vel qui pro tempore

fuerit annô

fuerit Annô quolibet extradere tenebunt et præsentibus obligamur, nil juris & Dominii in prædictis donatis dictæ Capellæ totaliter inscriptis Nobis et Successoribus reservando. De quibus donatis et donandis Rectores dictæ Capellæ obligamus et oneramus, ut in qualibet hebdomada duarum Missarum agant Solemnia, unam pro animabus Prædecessorum Nostrorum, aliam pro peccatis. Item dicti Rectores Capellæ Nostræ quatuor temporibus Anni cujuslibet tenebuntur missam unam cantare pro animabus Prædecessorum Nostrorum nec non in Curiis Nostris videlicet in Rosienie et Szaukoty infirmos Subditos Nostros et tempore Quadragesimæ etiam et sanos confessiones audire, quotiescunque vocati fuerint obligantur. Actum et datum in Curia Nostra Rosienensi Die Solis Undecima Februarii Indictione Decima Annô Domini 1537. Præsentibus ibidem testibus ad id specialiter vocatis et rogatis Paulo Naruszewicz S. R. Mtis Secretario ac Skirstmonensi Tenutario. Martino Wickowicz Capitaneo Plotelensi Tenutario Telszensi Magnificis, et Gso Joanne Bogdanowicz nec non Honorabilibus Joanne et Andrea Altaristis Rosienensibus aliisque fide dignis. Et in majus robur præsentium Sigilla nostra eisdem sunt appensa, nec non Paulum Naruszewicz et Martinum Supra Nominatos petiimus ut Sigilla Sua Subappenderent, qui petitionibus Nostris Annuentes Sigilla Sua Subappenderunt, in fidem et testimonium præmissorum. Et nunc tenebuntur dare decimam de Szaukoty ex terra deserta Melcherowszczyzna et Neszliszki.

O O O O O.

Annô Domini 1556. die vero Jovis ultima Aprilis coram Rmo Dno Paulo Jamont Canonico ac pro tunc Visitatore Dioecesis Medn. oblatæ et ad manus dicti Rmi Dni datæ Statuit ut præsentes conserventur in Thesauro Eccl. Cath. Vornis. Ënego Corvi Posi, Rmi Dni Epi Mednicensis Notarius mpp.

Item Super Capellam

Inu̅ Super Capellam in Rosienie Domini Bogdan Mosztwilowicz 1505.

In Nomine Dn̅i Amen. Ad ppetuam rei memoriam Quia p̅sentis Aevi lubrica conditio cunctas hominu̅ Actiones plerumqꝫ in oblivionis abyssum demergere consveu̅t nisi apicibus literar̅ et testimonio fidelium fuerint roborata Caterũ Ego Deodatꝫ alias Bogdan Mosztwilowicz hæres in Rosienie cum consensu Suæ legitimæ Consortis et suor̅ filior̅ vdlt: Joannis, Stanislai, Nicolai, et mea matura deliberatione p̅habitá etiam cum Consorte sua Domina Juriowa etiam cum consensu suor̅ filior̅ Stanislai et Petro hæredibꝫ de ibid p̅pendentes hujus mundi statum fore mortalem, volentes caduca et mortalia p æternis ōmutare sperantes post vitæ p̅sentis occasum ad vitam transferri æternam Significamꝫ tenore p̅sentium quibus expedit universis qd ad laudem DEI Omnipotentis et ad Honorem Bmæ Virginis p remedio Prædecessor̅ Nostror̅ peccaminum salutari erexim̅ꝫ et fundare ordinavim̅ꝫ Altare in Rosienie situm penes sacristiam ad latus sinistrum, cui quidꝫ Altari Ego Bogdan Mosztwilowicz ab una dedi, assignavi adscripsi adjunxi et incorporavi in ppetuumqꝫ contuli p̅ p̅sentes do, confero et adscribo ppetuo et in ævum decimas de tribꝫ Curiis meis vdlt: de Rosienie Szaukoty, Podubysie de omni grano exceptâ avenâ, et avenæ obligor dare sex Tunnas et de hortis de omni grano de his p̅dictis Curiis tribus. Itm̅ Unam Sexagenam monetæ p tunc Currens, unam Vaccam et unum porcum saginatum. Itm̅ unum famulum et famulos obnoxios Itm̅ Unam sexagenam de caseis et pundum de butyro. Itm̅ tres agnos Itm̅ quinqꝫ oves. Itm̅ decem currus de fœno. Itm̅ mediam Tunnam salis dedi Rectoribꝫ p̅dicti Altaris et in ppetuum adscripsi. Ego vero Juriowa Nomine Anna Consors Dn̅i Bogdan supradicti alias Mosztwilowicz á partibꝫ ab altera dedi adjunxi appropriavi et adscripsi ad dictum Altare decimas de tribꝫ Curiis meis vdlt: Rosienie Szaukoty Podubysie

Podubysie de omni grano etiam excepta avena tantum me obli-
go dare sex tunnas dare de avena etiam de hortis de eisd. Curiis
de omni grano, Itm unam sexagenam monetae ptunc current. Item
unam Vaccam et unum porcum pinguatum. Itm unum famulum
et famulam obnoxios Itm sexagenam de caseis et pundum de butyro
item tres agnos Itm quinq. aucas Itm X Currus de feno Item
tunnam salis dedi Rectorib. dicti Altaris et in ppetuum adscri-
pti. Et hoc nos damus simul amb. una pariter cum Nostris filiis
contulimq appropriamq & assignamq ppetuo et in Aevum Recto-
ribus ejusd. Altaris. Omnia supradicta pacifice assignata ha-
bend. tenend. pacifice in ppetuum possidend. nihil juris et
Dominii in pdictis donatis pdicti Altaris totalit. adscriptis Nobis
et successorib. Nris servantes. Rectores dicti Altaris obligamq
et oneramus ut in qualibet hebdomada duar. missar. agant
solemnia, unam p aab. Pdecessor. Nostror. et aliam p peccatis
Nostris et quatuor Vigiliar. p annum ppetuali et in Aevum. In cujs
rei testimonium sigilla nostra sunt subappensa. Datu et Actu
in Rosienij in Curia R. Dni Nicolai Canonici Mednicen. nec non
et Curati in Rosienii die Dnica infra Octav. Corporis Xti
Anno Dni 1505. Presentib. ibidem Testib. V. D. Can. Mednicen.
nec n. Curato Rosien. H. Dno Michaële Capellano ptunc
in Rosienie et Dno Adalberto de Betygola et D. Joanne
de Lukow. P. D. Stanislao Iwaszkiewicz Nobili Narko Dowia-
towicz, etiam pvido Dno Paulo Gubernatore de Rosienie
et aliis bene meritis et fide dignis & (LS) (LS) (LS) (LS).

Privilegium Altaris Dni Stankiewicz in Rosienie 1536.

In Nne Dni Amen. Ad ppetuam rei memoriam.
Et quia psentis Aevi lubrica et inconstans Conditio saepe
numero cunctas hominum actiones et gestus humanos
partem ppter fragilem statum humanum in tantum la-
bentem ad comparationem folior. arboris decidentium

pruinâ hye-

pruina hyemali ingraſſante in oblivionem hæsitantem huc,,
uſqȝ tumultuare consveevit, partim etiam ꝑ sensum interiorem
memoria cavillorū et hæsitanḡ nisi quadam literar credulitte
et earum apicibus nec nō testimonio fidelium in ꝑpetuum
fuerint corroborata. Idcirco ego Joannes Stankiewicz Billewicz
una cum Consorte mea Dorothea ac liberis meis ꝑpendens
statum hujȝ sæculi momentaneum & mortalem Idcirco Ego
Joannes Stankiewicz volens caduca et mortalia pro æternis
commutare et sperans premium æternæ beatitudinis post vitæ
præsentis occasum ad vitam transferri æternam significo
tenore ꝑsentium quibus expedit universis & singulis præter,,
tim har literar habituris notitiam vel necessitatem quod
ad laudem et Honorem Omnipotentis Dei suæqȝ intemeratæ
gloriosæ Virginis Mariæ et Sanctæ Annæ Matris Ejus Beato,,
rumqȝ Petri & Pauli Apostolor S. Joannis Baptistæ, Stanislai
Martyris, Martini Nicolai Confessor nec nō Sanctar Virginum
Dorotheæ Catharinæ et omniū Sanctor ꝑ remedio prede,,
cessor Nostror peccaminū salutari erigimus et fundamus Altare
in Ecclesia Parochiali Rosienensi. Ad quod quidē altare
Ego Joannes Stankiewicz Billewicz una cum conjuge mea
Dorothea ac liberis meis, do confero et adscribo curiolam
nuncupatam Romaniszki emptam à Nobili Stanislao
Jurgiewicz quadraginta sexagenis pecuniar ꝑpetuo &
in ævum cum omnibus attinentiis pratis, sylvis, agris,
rubetis virgultis &. Item do et confero ad hoc altare ter,,
ram emptam apud Janko Krykszanowicz &. Item ter,,
ram alteram dictam Iaszuitaycie subditi mei, et subditū
meum Nomine Thomam Jucewicz cum integro servitio
equor et boum et alterum Ionelis gener suum de eadem
domo servientem sine equo et bove do et adscribo, qui etiam
subditus Thomas tenebit annuatim pud miodu, centum lini,
et bovem nutrire singulis annis ꝑ integrum tempȝ brumale
aut vice nutri,,

aut vice nutrimenti quinque grossos tenebitur solvere. Item alterum subditum Jurgis Petraytis, cum fratribus ejus Macrus et Janko servitio equorum et boum integro Servientes. Item Woytko danik terram quam tenet et possidet annuatim debet et tenebitur solvere sexagenam pecuniarum. Item duos homines obnoxios absque uxoribus et liberis Jackno kuyris, et Alteynis. Item obnoxiam mulierem barbaram cum 2bus ancillis illiberis Skuscis et Dorothea. Item de duabus Curiis Balkoty et Podubisie decimas Siliginis singulis annis danda confero et adscribo. Hec omnia damus conferimus ad predictum altare, nihil juris proprietatis & dominii in prefatis donatis Nobis & Successoribus reservantes. Sed quia qui sentit commodum debet sentire et laborem; proinde Altarista pro tunc existens debet et tenebitur duas missas in hebdomada celebrare videlicet unam pro peccatis vivorum, alteram vero pro defunctis. In cujus robur et evidens testimonium Sigillum meum proprium est sub appensum. Actum et datum in Curia mea Rosienensi Annô à Christo Nato 1536. diè Solis Secunda Aprilis. Praesentibus ibidem Honorabilibus et Nobilibus Dominis Joanne Capellano Rosiensi, Andrea Vicario in Rosiens, à Kroki Nicolao Juccewicz, Joanne Homciowski, Joanne Stanislawowicz Gieytrys, Gregorio Woysztontowicz et Andrea Juraszkiewicz Testibus ad premissa rogatis et vocatis (L.S.)

Super Botoki 1509.

In Nomine Domini Amen. Quoniam humana memoria non commensuratur aeternitati, expedit igitur, ut ea, quae in humanis fiunt ad perpetuitatis certitudinem deducantur proborum testimonio & Sigillorum munimento. Nos igitur Stanislaus Janowicz Castellanus Trocensis et Capitaneus Samogitiensis Gratialis Significamus tenore praesentium quibus expedit universis & singulis harum notitiam habituris, quod perpendentes salutem animae Nostrae et Successorum

Nostrorum construximus

Nostrorum construximus et fundare decrevimus Ecclesiam Parochialem in Bonis Nostris hæreditariis Botoki ad Laudem & Honorem Sanctæ et individuæ Trinitatis, & Gloriosissimæ V. Mariæ Nativitatis Sanctæque Annæ Matris Mariæ, necnon trium Regum, Sanctorum Stanislai Martyris et Nicolai Confessoris et Sanctarum Virginum Catharinæ & Barbaræ ad quam Ecclesiam dedimus præsentibusque damus decem Homines nostros ibidem in Nostris bonis Butki cum eorum terris ad eos ex antiquo pertinendis. Hos videlicet: Pyktszyszy, Onyknius, Pychelus Dongel mneyczys, Siedrit, Moreyko, Petrelis, Saudlysz et Wayniat, cum prædio ad quod dedimus duas terras unam Pielytuk et aliam Niemokprty, quas Nobis Rex Alexander felicis memoriæ dederat, et aliam terram ibidem in Pielszudy, quam emimus apud Pieszko Damont, cum decima de Curia Nostra de Botoki de Siligine, hordeo, avena et cicere, quatuorque sexagenas de tabernis nostris ibidem in Bothoki. Quæ omnia et singula expressa damus et appropriamus pro Rectore hujusmodi Nostræ Ecclesiæ præfatæ Botoki Honorabili Joanni et suis Successoribus singulis annis se sequentibus perpetuisque temporibus, tenendum, habendum, utifruendum. Duntaxat jus patronatus pro Nobis et nostris Successoribus ibidem reservamus taliter quod per Nos et Nostros Successores Rectores hujus Ecclesiæ eligentur. Qui Plebanus noster præfatus et sui Successores tenentur et tenebuntur singulis diebus Dominicis de die si aliquod festum non intervenerit missas celebrare, ferialibus vero diebus, secunda feria de S. Trinitate, feria 3tia de S. Anna, quarta et sextis feriis pro animabus Nostrorum Antecessorum feria 5ta de Omnibus Sanctis, et die Sabbathi de Nativitate Gloriosæ V. Mariæ singulis annis perpetuis temporibus perpetuo et in ævum. In cujus rei testimonium Sigillum nostrum præsentibus est subappensum. Actum et datum in Krosche feria 5ta infra octavas Pentecostes Anno Domini 1509. Præsentibus ibidem Magnifico et Honorabilibus Dominis Domino Alberto Gastoldo Pincerna M. D. Litvæ, Jacobo Plebano Krosensi, Mathia Capellano Krosensi, Simone et Alexio Capellanis, eodem Domino Gastaldo et aliis testibus fide dignis testibus circa præmissa existentibus

(LV.)

Super Szaulany seu Sauliszki

In Nomine Domini Amen

In Nomine Domini Amen. Quoniam quæ in humanis Negotiis fiunt gesta de facili labuntur memoria nisi munimentis literar. et Sigillor. fuerint perennata Ego Barbara relicta olim G. D. Nicolai Butrymowicz recognosco universis & Singulis præsentibus & futuris har. notitiam habituris, quia licet languens in Cor, pore sana tamen in mente et fruens bona ratione n. coacta nec aliquo devio errore seducta quomodo præfatus G. D. Nicolaus Butrymowicz Maritus meus charissimus retroactis temporibus construxit capellam in bonis suis Szauliszki, quam quidem Capel, lam dotavit donavitque quinque homines, tum etiam duodecim urceis alias Wiadry mellis crudi provenientis de tributariis Pinensibus. Insuper idem maritus obligavit me ut in eisdem bonis Szauliszki mihi per eundem maritum collatis et perpetuo donatis Ecclesiam de novo construerem et eandem majore dotatione provide, rem Ego itaque dicta Barbara volens mandatis et ultimæ volun, tati mariti mei satisfacere velleque ipsius ad bonum effectum deducere, attendensque quod pia opera tam vivis quam defun, ctis sunt multum utilia. pro tanto in Bonis dicti mariti mei et meis Szauliszki, Ad laudem et Honorem DEI Omnipo, tentis S. Annæ & S. Nicolai Patronor. Ecclesiam Parochialem in Diœcesi Mednicensi construxi & ædificavi, volensque eandem Ecclesiã dotare et fundare mea ex parte et satisfacere voluntati Domini Mariti mei et ut Divina Officia ea ferventius peragerentur et memo, ria pro aã mariti mei et mea perennis habeatur; Plebanus vero pro tempore existens cum presbyteris et ministris Ecclesiasticis ut honeste conservetur et utiliter ad eandem Ecclesiam Szauliszki pro fundo dono et adscribo æviterne decem homines cum omnibus cor, terris servitiis dationibus ex antiquo ab eis provenientibus quorum hominum Nomina singillatim specificantur: Narusis Piotrowicz, mier Szudziowicz Mingal Ozobeiko Boryanowicz Juszko Mi, sewicz Mitoś Misznikowicz, Jakub Woynoszowicz Narwoyszis Mę, leyszowicz Buczko Tolkowicz. Adscribo etiam

Adscribo etiam et de plabore domestico Plebani decem obnoxios vidt:
Januth cum uxore et pueris Rumkel cum uxore et pueris. Item
lego manipulares decimas omnis grani tam agror qm olerum
de meis araturis, de curiolis dictis Rokiewo et Maiszki,
exceptis hortis. Item adscribo Plebano et Presbyteris nec n
famulis quos tenebitz in suis expensis fovere Sex Sexagenas
grossor de tabernis meis Szauliszki ppetuis temporibz solvendi:
Itm lego p Plebano quatuor pondera alias lige mellis crudi,
singulis Annis de curia mea Szauliszki extradendi. Item ad,,
scribo unum campum totum ut in se habet jacentem statim
post pontem Stribelslij, Item addo terram quæ adjacet terræ
Szymkow Szczyszna p me prius ad eandz Ecclesiam adscriptam
ad Viginti tunnas. Tandem lego Stagnum cognominatum
Swirensty. Adscribo etiam pratum in fluvio Suszwa inci,,
piendo à prato Plebanali usqz ad aream alias Siedliszcze
Richliconis. Item volo habere ut Plebanz modernus et Succes,,
sores ptempore existentes foveant et habeant assidue singulis
Annis penes Ecclesiam pfatam tres Vicarios, quibz quidem
Vicariis adscribo de eisdz tabernis novem Sexagenas grossor
unicuiqz eor p tres Sexagenas omni anno ppetuis temporibz
solvendz. duosqz Ministros Ecclesiæ tenebitz servare ad quos salari,,
andos sibi in subsidium contuli duas sexagenas grossorum
omni Anno p me et Successores meos de eisdz tabernis ppe,,
tuo solvendz. Quæ omnia & singula Bona suprascripta
p olim G. D. Nicolaũ Butrymowicz maritum meum pfatum &
me Barbaram modo premisso ad Ecclesiam Parochialem in
Szauliszki data et adscripta put et tenore psentium mediante
do adscribo ppetue & in ævum p Dnum Plebanum Suc,,
cessoresqz suos p tempore existentes habend tenend possi,,
dend gubernand utifruend et quiete obtinend ad ususqz
suos beneplacitos convertendum. Sed quia qui sentit com,,
modum sentiat et onus Idcirco Ego Barbara volo omnino
habere ut idz Plebanus cum suis Vicariis p tempore existen

tibus missas

tibus missas singulis hebdomadis perpetuo decantaret. Inprimis Die Dominico de Die, Feria 2da de S. Trinitte, feria tertia de S. Anna feria quarta pro defunctis, feria 5ta de omnibus SS. in matura, in summa vero de Corpore Xti. Feria sexta pro defunctis, Sabbatho de Nativitte B V M, Et si aliquo hor. dierum venerit festum extunc prædictæ Missæ in maturis debent compleri et summa cantetur de festo. Vesperæ similiter in profestis et festivis diebus decantentur. In quorum omnium & singulorum præmissorum fidem et testimonium sigillo meo et memorati Dni Capitanei Samogitiæ appensione communivi. Actum et datum Vilnæ in Festo Solemnis Paschæ Anno Dni 1515 Præsentibus GG. Dnis Nicolao Kazhowicz Marsalco Regiæ Mttis et Paulo Alberti Woytkowicz Narusze-wicz Notario Regiæ Mttis, Bogdano qq Dawgirdowicz et aliis quam plurimis circa præmissa testibus vocatis et rogatis &

(L.S.) (L.S.) (L.S.) (L.S.)

Privilegium Super Altare in Szaukiany.
1497.

In Nomine Domini Amen. Ego Nicolaus Szemetowicz cum Gratia Margaritha Dorwonowna consorte mea legitima & filio Nostro Joanne intelligentes omne creatum esse mortale ni quid perpetuum redditur ingenio et ipsum hominem ad laudem Divinam merendam factum, ut ergo laus summi Opificis et totius exercitus cælestis amplietur et continuo æternis temporibus per genus humanum decantetur, Utque Parentes ac alii Prædecessores Nostri et nos ipsi premium consequamur æternum in remedium peccaminum Nostrorum fundamus et dotamus Altare in Ecclesia Nostra Szaukianensi, in Honorem Cæli Reginæ erectum et ædificatum super tres missas defunctorum hebdomadatim complendas. Ad quod Altare de bonis nostris à Deo Nobis collatis dedimus assignavimus adscripsimus et præsentibus damus assignamus et adscribimus tres homines Nostros in eadem

Szaukiany locatos, Primus Dorgys. 2. Morynk, et tertiq Setruß
cum eorum agris Servitiis censibq proventibq campis cultis et
incultis rubetis prout nos ipsi tenuimq, nihil juris pro nobis in eisdem homi-
nibus reservantes. Adscribimq etiam ad praedictum Altare rebaldos
obnoxios nostros Jacobum cum uxore et quatuor pueris,
Picturno cum uxore, Micula cum uxore, tabernam liberam,
decimam nonam Cassulacz omnis grani campor et hortor
de Curia Nostra praedicta adscribimus. De lacubus ad Szaukiany
ptinent in piscibus quodcunq pro Curia dicta prensis decimã.
Item damq et adscribimus ad idem Altare campos quos tenuit
Macreo Alemanus Servus noster tam longe late prout
est in suis metis cum gajs rubetis, et pratum super tres
stertas penes fluvium Goncrij nuncupatum. Assignamus
et adscribimus locum pro Domo et hortis Praebendario
dicti Altaris incipiendo à Plebano usq ad metam Almey-
zo Gymsyt Carpentarii nostri et à Gymzyto usqz ad vallem
alias dolynu, ex altera autem parte usq ad Ilga fluvium.
Item admittimq praebendario in nostris piscinis in septima-
na bis prendere tragmine pisces pro ejq mensa. Item
inscribimq de foro in ibidem tres scaplas Vitellinae carnis
singulis septimanis perpetue Altaristae dandas. Praefatas
autem missas Altarista ad hujsmodi Altare p nos v nostros suc-
cessores legitime praesentatus tenebitq hebdomodatim ad-
implere. Item Altarista et sui homines libere ligna pro ne-
cessitate Domus et aedificiis accipiant. Haec autem p Nos Al-
tari adscripta et dotata stare volumus inmota et firma,
dum mare dum terra dum stabunt aër et ignis pectoribq
inventa dumq manebit amor. In quorum omnium & singu-
lorum robur et testimonium sigillum nostrum e praesentibq
appensum Datum et actum in Kniesno Curia nostra fer.
17 ante Viti Anno Dni 1497. Praesentibq Mgco Dno Alberto
Krudznik Ssmi Alexandri M. D. Li Mareschalo et Tenuta-
rio in Wolkowyski G: Dno Stanislao Condrasewicz, Nobilibq

Mattheo de

Matheo de Gybono Joanne Zabicla Boldan Janowicz honorabili quoq Viro Dno Stanislao Plebano Wolkowyski alysq quam plurimis fide dignis

Nicolaus Siluany
Sacrum Scriptor

Unum Campum penes Jonney fluvium Matheo Aleman.

Privilegium Ecclesiae Parochialis in Kurtowiany 1498 Ld. 5o Junij.

In Nomine sanctae Trinitatis et individuae Unitatis. Amen. Ad perpetuam rei memoriam quia praesentis aevi lubrica conditio cunctas hominum actiones plerumq in Oblivionis abyssum de=mergere consuevit, Nisi apicibus Literarum et Testimonio Fidelium fuerint in perpetuum roborata. Quatenus ego Nicolaus Jaugielowicz heres de Curtoviany perpendens hujusmodi Statum fere mortalem et caducum, vidensq mortalia et caduca pro aeternis commutare speransq post vitae praesentis occasum ad vitam transferri aeternam significo tenore praesentium quibus expedit Universis et ad Laudem et honorem Omnipotentis Dei et Beatissimae Virginis assumptionis et Conceptionis Mariae illibatae et specialiter Nicolai Confessoris gloriosi Sanctae Crucis Bartholomei Apostoli gloriosi Sanctorum Stanislai et Georgij Martyrum pro remedio praedecessorum meorumq peccaminum salutari fundamentaliter erexi Ecclesiam Parochialem in Curtoviany dictam, Cuiquidem Ecclesiae dedi assignavi incorporavi in perpetuum contuli praesentibusq do et confero assigno in=corporo perpetue et in Dum Inprimis Curiolam Zyollo dictam cum sex Kmetonibus seu.

seu incolis ad dictam Curiolam pertinentibus vid. Mozyze Giedailos, Kolimminos Bieyzypie, Kmisteiko, Giedminos, Szuposhaitis, et decem Servos obnoxios utriusque sexus cum omnibus ipsius Curiolæ utilitatibus proventibus censibus fructibus nemoribus silvis pratis agris aquis palludibus et obventionibus Universis, et decimas de omnibus curijs meis, de omni grano hortis et pecudibus nihil excipiendo videlicet de Curtovianÿ, Woygowo Uventa Malovianÿ Cyragala dictis. Unam tabernam inibidem, et Unum bovem et duos porcos impinguatos, hæc omnia præscripta futuris Ecclesiæ in Curtovianÿ per me erectæ et fundatæ do et perpetuum ascribo singulis annis Rectoribus præfatæ Ecclesiæ perpetuè et in suum nunc vero per discretum Petrum de Syrodczo Presbyterum Plocensem nomine nuncupatum quem p. N. Z. duxi præsentandum et suos legitimos Successores supradicta pacificè et quietè per me adscripta tenendum habendum Utifruendum et inperpetuum possidendum nihil Juris et dominij in præfatis donatis et dictæ Ecclesiæ totali ascriptis mihi et meis Successoribus imposterum reservando præsentibus ibidem Nobili Petro Consanguineo ipsius de ibidem, et alijs quam pluribus fide dignis. In cujus rei testimonium Sigillum meum præsentibus est subappensum Datum ex Curtovianÿ decima quinta Mensis Junÿ Anno Domini Millesimo quadringentesimo nonogesimo octavo honorabilibus Viris Joanne Plebano de Szauliany et Martino vicario de ibidem.

Privilegium

Privilegium SALATI Plebanatu

1528.

In nomine Domini Amen. Notum sit in perpetuum quibus expedit Universis et Singulis Ego Albertus Kmita Kunczewicz vices gerens Vilnensis cupiens cultum divinum propasse adaugere et pro terrenis consequi cælestia Ecclesiam Parochialem in bonis meis in Pomusz consistentibus, alias in oppido meo dicto Salaty, ad Laudem et honorem DEI Omnipotentis ejusque genitricis gloriosissimæ Virginis Mariæ sub Titulo Assumptionis ejus et Sanctorum, Petri et Pauli Apostolorum et Nicolai Pontificis confessoris fundandam et dotandam duxi in hunc modum inprimis, do approprio et inscribo perpetue et in aeuum Ecclesiæ prædictæ rectorique eius pro tempore existenti terram desolatam ~~tam~~ dictam Jodkonszczyzna, cum omnibus agris pratis Silvis et aquis atque omnibus pertinentijs, quemadmodum terra ipsa in suis limitibus antiquitus se extendit nec non Kmetones seu Villanos quattuor dictos Dongiallo Symanowicz Doblisieli Martani Petreli et Jurgeli Mykoszczuny cum eorum domibus terris servitijs Laboribus redditibus, nec non cum terris quibusdam desertis ejusdem hominibus et terris eorum adjacentibus, quemadmodum per nobilem et bonæ memoriæ Pieczkonem prædecessorem meum terræ et homines ipsi Ecclesiæ eidem inscripti erant. Item tabernas sex in eodem oppido in platea qua tendit de Poswoli ex apposito ipsius Ecclesiæ sitas, licebit autem, in quatuor tabernarum ipsarum propinari cerevisiam in quinta medonem in sexta vero Vinum, ex quibus quidem tabernis census

annuus

annuus rectori Ecclesiae Ipsius pro tempore existenti Singulis annis temporibus perpetuis provenire debet vel juxta beneplacitum suum rectori ipsi pro uberiori utilitate sua disponere de quem licebit. Do insuper et inscribo Ecclesiae eiusdem Rectori proconstruenda domo ejus fundum in quo hactenus Laterificium situm fuit Item institam Lamoniam alias Macellum cum ejus censu, item ex proventu fori a quibuscunque rebus Venalibus provenienti dicto Vulgariter Targowe quintam partem Plebano ipsi inscribo ita tamen quod proventus ipse per factores meos seu Successorum meorum exigi debet et exacti quinta pars Plebano proveniet. Item incolae eiusdem oppidi mei Singuli Videlicet ex una quaque domo pro Festo Nativitatis Domini Loco Xeniorum quae dicuntur Kolenda per unum grossum et ad Festum Paschatis similiter per unum grossum Plebano ipsi dare tenebuntur, Plebanus autem Ecclesiae ipsius pro tempore existens tenebitur circa eam ipsam Ecclesiam suam fovere assiduo ministros ad minus duos unum Presbyterum Vicarium et alium inferiorem Clericum alias Magerz, et Singulis ebdomadis tenebitur adimplere tres Missas pro Defunctis ultra Missas et alia officia Dominicalia et aliarum Festivitatum quae ex jure et consuetudine in Ecclesia Parochiali peragi debent. Volo autem omnia haec supra scripta inviolabiliter perpetuoque et in aevum observari. In Quorum Fidem et Testimonium Sigillum meum praesentibus est sub-appensum. Actum et Datum Vilnae feria quinta ipsa die Visitationis Virginis gloriosissimae Mariae. Anno Partus eius Salutiferi Millesimo Quing^mo Vigesimo octavo

Fundatio Ecclesiæ Pomusze a flumine ibi decurente nunc vero oppidum et Curia dictum vocatur

In nomine Domini Amen. Ad perpetuum rei memoriam. Quia p[rese]ntis Evi lubrica conditio cunctas hominum Actiones plerumq[ue] in oblivionis abyssum demergere consvevit, nisi opicibus Literarum et Testimonio Fidelium fuerint inperpetuum roborate hactenus Nos Barbara germana olim Petri Pieczko Lutko Zaldanos et Lutko Baltros perpedentes hujusmodi Statum fore mortalem et caducum volentesq[ue] mortalia et caduca pro æternis commutare sperantes post vitæ præsentis occasum ad Vitam transferri æternam Significamus tenore præsentium quibus expedit Universis et ad Laudem et honorem Omnipotentis DEI, ejusq[ue] intemeratæ Dei Genitricis Virginis Mariæ, et Specialiter Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli Sancti Nicolai Confessoris, et Sanctæ Annæ pro remedio Salutari Animarum Nostrarum Prædecessorum Nostrorum et peccaminum, Fundavimus et erexsimus Ecclesiam Parochialem in Pomusze Fundamusq[ue] et erigimus per præsentes. Cui quidem Ecclesiæ proventus et emolumenta Ego Barbara germana Petri Pieczko iamdefuncti dedi assignavi incorporavi in perpetuum contuli, Præsentibusq[ue] do confero assigno incorporo perpetuo et in ævum una cum Filijs meis videlicet Joanne et Stanislao medietatem Curiæ dictæ Szotaczie cum terris arvis pratis rubetis censibus fructibus hominibus, et generaliter cum Omnibus attinentijs dictæ medietatis Curiæ prout et quemadmodum piæ memoriæ Petrus Pieczko tenuit et habuit. Nos vero

vero Luthko Raldanos et Luthko Baltos dedimus assi-
gnavimus incorporavimus damusq et conferimus prae-
sentibusq obligamus Nos et nostros Successores dare et
solvere dictae Ecclesiae, quinq sexagenas singulis
annis Monetae et numeri protunc currentis. Haec
omnia supra scripta praefatae Ecclesiae in Pomiusze
per nos fundatae et erectae damus adscribimus perpetuo
et in aevum singulis annis Rectoribus pfatae Eccle-
siae. Nunc vero per honorabilem Stephanum Rectorem
protunc existentem, et suos Successores, supra dicta
per nos adscripta donata et obligata, tenendum, haben-
dum, tollendum, et recipiendum, ac utifruendum in per-
petuumq possidendum, ac in usus suos beneplacitos con
vertendum nihil juris et Dominij, in praefatis dona-
tis dictae Ecclesiae in Pomiusze totaliter adscriptis, Nobis
et nostris Successoribus imposterum reservando. Tem-
pore vero quo Rectorem dictae Ecclesiae in Pomiu-
sze de modo decedere contingerit praefati Fundatores
et eorum Successores debent et tenebuntur unanimi
voce praesentare. In quorum omnium et singulorum
praemissorum supra Descripta Barbara Sigillo No-
bilis Petri Andruszkowicz Sigillavit infradescripti
quia proprio caret. Praenominati vero Ludtko
Raldanos et Luthko Balthos proprijs Sigillave-
runt in fidem et Testimonium firmius Datum et Ac-
tum Vilnae in Curia Rndissimi Dni Martini Dei et
et Apostolicae Sedis Gratia Episcopi Mednicensis
Anno Domini Millesimo quingentesimo quarto-
decimo

Decimo, Die vero Saturni duodecima Mensis Februarij Presentibus ibidem honorabilibus generoso et nobilibus Joanne Sokolnicki Plebano in Vielona, Martino Notario publico Domini Episcopi Mednicensis, Mario Palatino in Lepotaucy, Petro Andruszkowicz Bartlomeo Workowicz et Matheo Juszkowicz testibus, ad premissa vocatis pariterq rogatis

Laurentius. Bemamin de Gnesna Clericus ejusdem dictæ publicus Sacra Apostolica authoritate Notarius de consensu.

O. O O. n.

Privilegium Ecclesiæ in Vidukle Widukle.

1528.

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam Rei memoriam. Nos Sigismundus Dei gratia Rex Rex Poloniæ Magnus Dux Lithvaniæ Russiæ Prussiæ Samogitiæ Masoviæq etc. Dominus et Significamus tenore presentium, quibus expedit Universis presentibus et futuris e Zelo Cultus Divini mori volentes providere ne Ecclesia Parochialis in Widukle tituli exaltationis Sanctæ Crucis Juris Patronatus nostri, quo, ut plenè accepimus, Privilegio fundationis suæ casu quodam amisso, et privata aliquod inde in dote sua accipiat detrimentum; dotationem ipsius duximus innovandam fulciendamq et communiendam litteris nostris presentibus, quibus bona ejus dotalitia, quæ ex primeva sui fundatione possidet, denovo Ecclesiæ ipsi inscribimus. Primum videlicet curiam, unam, quæ circa Ecclesiam eandem

sita

sita est, alteram Poszoltuny nuncupatam, et tertiam Uwu-
medzi, ex duabus sett Curiolis per Nobiles olim Bartho-
meum Judzius, et Nicolaum Kiberth Ecclesiæ eidem le-
gatis coadunatam, cum omnibus et Singulis Curiola-
rum ipsarum hominibus, eorumq Servitijs Laboribus
redditibus, nec non fundis, Agris, Pratis, Silvis, fluvijs
stagnis, omnibusq earum fructibus et Attinentijs qui-
buscunq quomodolibet ad eas pertinentibus prout se
in suis fundis, et eorum limitibus antiquitus extendunt
inscribimus etiam Ecclesiæ ipsi Prata ex antiquo ei per-
tinentia dicta Paty, Olschy, Pogirpiowny, Wadas, Placia-
walkas, Dobiles, Opuschinę Zanki, item tabernas cum
censibus earum, una videlicet circa Ecclesiam ipsam,
alteram in oppido Nostro, Ecclesiæ eidem proximo Dicto
Niemolszty, et tertiam circa Curiolam Poscholtony quam
noviter Ecclesiæ ipsi propter conservationem Filiæ
ejus ibidem videlicet circa Ecclesiam ipsam in Po-
szoltony erectæ concessimus, et per præsentes concedimus
inscribimus insuper et volumus, ut iuxta antiquam
consuetudinem boves quatuor Singulis Annis, tempo-
ribus Solitis per districtus Widuklensis præfectos qui
dicuntur Tiwuny ex ejusdem districtus hominibus
exactè Ecclesiæ prædictæ Rectori pro tempore existenti
perpetuo et irrecusabiliter dentur, et exhadant Ulti ex eodem
districtu Widuklensi etiam annuatim et perpetuo
Singulis messis temporibus Noldem Viri Ecclesiæ ip-
sius rectori ad Laborandum ei tribus diebus per
eosdem districtus prædicti præfectos more Solito mit-
tant.

mittantur. Et pretorea mittentes fundationi rectori Ecclesiæ ipsius concedimus hominibus ad eam ipsam Ecclesiam Widukli confluentibus diebus Dominicis ibi forisandi libertatem, redditus vero ex foro ipso provenientes Rector Ecclesiæ ipsius percipjet. Quæ quidem Bona supraScripta omnia et singula cum totali eorum usu fructu, et plenaria integraq̃ proventuum prædictorum perceptione per Ecclesiæ prædictæ Rectoreq̃ pro tempore existentem possidenda decernimus libertatiq̃ Ecclesiasticæ ea universa quantum ex Nobis subijcimus harum quibus Sigillum nostrum est subappensum Testimonio Literarum. Datum Vilnæ feria quarta infra octavas Assumptionis gloriosissimæ Virginis Mariæ Anno Salutiferi partus ejus Millesimo Quingentesimo Vigesimo Octavo.

Sigismundus Rex Act. Per manus Rndi
Patris Dni Laurentij
ettc. et præpositi
a. Vilnensis.

Altare Widuklense.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam Rei memoriam cum sacro testante eloquio opera fidelium sequantur illos, et unicuiq̃, eadem mensura qua mensus fuerit remetietur, ac unus quisq̃ rebus exutus humanis ex hac luce nil præter bona quæ egit opera secum ad Tribunal Supremi portabit Judicis, sed qui de bonis ille victissimus vim Largiter non secundum merita cuique partitur suo Crectori animam talentum

quinq̃

quinque mercat ornata ipsius annuente gratia cupit
in manus reddere. Quapropter nos Elisabeth relicta olim
Uxor Ulothonis Siabowicz Martinus Piotraszowicz Mijelis
Jurgiewicz, volensq animabus nostris ac Parentum
Predecessorum ac Successorum nostrorum consulere
saluti, de bonis Nobis, a DEO Omnipotente collatis
ad honorem, omnipotentis Dei ac ipsius Intemera-
te Matris Cristifere Marie nec non Excellmme Ma-
trone Anne avie ipsius ac gloriosi Martyris Georgij
Altare in Ecclesia Widuklensi erreximus fundavimus
struximus dotavimus et presentibus erigimus funda-
mus dotamus ac Privilegio dotata firmamus, ut igi-
tur Alterista modernus per nos pro nunc ad ipsum Al-
tare realr presentatus ac ceteri ipsius sequaces protem-
pore existentes perpetuis gaudeant emolumentis et
temporalibus reficiant stipendijs, quibus contenti co-
ferventius divinis possint inhaerere misterijs Ad ip-
sum Altare infrascripta, assignamus Donamus, ascri-
bimus dotamus Imprimis ego Ulothowa Elisabeth de
voto et consensu Mariti mei, ad quod exequendum
me prefatus maritus meus in ultima voluntate
jacens obligavit ipsi Altari, ac ipsius Rectori pro tem-
pore existenti do assigno ascribo ex tribus Curijs Mil-
zowiany Laitkopi Drawslonka decimas de omni
grano seminis Camporum tum tritico excepta avena,
ad ipsum altare lego post mortem meam predium
sive Curiolam meam, dictam Putzeij cum omnibus
ipsius utilitatibus et attingentijs quibuscunq nominibus

et vocabulis

Vocabulis vulgaribus et Samog. vocitentur pro-nunc existentibus, et quæ in post per humanam industriam, acquiri adaugeri et excogitari possunt, nec non cum kmetonibus eidem prædio sive Curiolæ inservientibus, quorum unus vocatur Laruschew alter Gieybunis cum eorum Successoribus legitimis ac Familia illibera in eadem curiola pro nunc manenti, et quæ in vita mea adaugeri per me potest, ex quibus unus vocatur, Gregorius, alter Petrus, tertius Jacobus quartus alter Petrus cum eorum Uxoribus Filijs et filiabus pro tunc natis et in futurum nascendis, excepta una terra eidem Curiolæ adjacenti Tylminiszki vulgariter nuncupata quam præfatus maritus meus adhuc in humanis agens Nobili Domino Martino Piotraszowicz charitative donavit. Item Ego Martinus Piotroszewicz prædictus ipsi altari ac ipsius rectori pro tempore existenti do et ascribo decimas de omni grano Camporum de tribus Curijs meis Mituchiany Lukowa Dutkiemiszki excepto simul tritico. — — Item ego Miczko Jurgiewicz ipsi altari ac ipsius rectori qui præsentatus fuerit decimas de omni grano tribus similiter excepto de Campis de duabus Curijs meis de Lali et de Uzmedzie. Item ad ipsum Altare omnes tres manu conjuncta asscribimus (asentimus) Singulis Annis tres Porcos impinguatos quilibet per Porcum Anno quolibet et unum bovem omnes communiter unum, aut quilibet suo anno ordinarie, ~~oves~~ oves triginta quilibet per decem, unum pondus butiri aloderndo quindecim grossos annuatim, pro vino omnes communiter annuatim. Item Candelas ad Altare per duas Candelas ad Luibularia alia Postawniki quilibet Alternatim primis

Consumptis.

of mur. ex

consumptis quoties fuerit necesse. Item prefato Altaristæ pro Custodia Domus quilibet nostrum alternatim in sua hebdomada tenebitur dare unum hominem adquod exequendum et Successores nostros præsentibus obligamus, sed qui sentit commodum debet sentire et onus quare pro præmissis sic per nos datis et adscriptis Altaristæ quilibet pro tempore existens tenebitur septemanatim seu inqualibet hebdomada legere tres missas unam pro Sanitate nostra ac Successorum Secundam pro peccatis eorundem, tertiam pro Defunctis Prædecessoribus Nostris, nobis in vita existentibus, et post mortem Successive pro totali genelogia nostra, super quibus que et præmissis ac conscientias iterum præsentibus oneramus. Hæc ergo omnia quæcunque scripta sunt ac per nos ratificata plena in sanitate ac debita cum ratione sunt adscripta omni extranea compulsione exclusa. Ut autem præfata nostra erectio fundatio dotatio robur obtineat perpetuæ firmitatis præsentes Literas nostras Sigillorum nostrorum soliterum quibus utimur fecimus sub appensione communiri. Actum et Datum in Curia præfati Domini Martini Piotroszowicz Mykowiany dicta feria Secunda post octavas Corporis. Anno Domini Millesimo Quingentesimo tredecimo. Præsentibus ibidem Venerabili Dno Benedicto Canonico et Officiali Medniceni Nobili Nicolao honorabili Martino de Schelmihi Notario Cancellariæ Causarum Rvdmi Eppi Mednicen. et aliis, quam pluribus fide dignis Testibus circa Præmissa. Ego verò dicta Elisabeth Ulothowa proprio carens Sigillo præfatum Dnum Canonicum petij Sigillum ipsius

presentibus applicari quod et fecit, et Me Joanne Nuszakancza Ctis Privilegij scriba. Quicquid correcturae est idem scriptor eadem manu eodem stilo ante sigillationem presentium correxit.

O. O. O. P.

Privilegium super Ecclesiam in Linkowo.

1503. Linkowo.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam Rei memoriam. Ne error oblivionis gestis sub tempore versantibus pariat detrimentum proinde Ego Catherina Michalowa à Zeymy Significo tenore presentium Universis tam presentibus quam futuris harum Notitiam habituris. Quomodo pro ampliatione Cultus Divini ut altissimo tanto ferventius, et Sedulius servitia impendatur cupiens terrena pro aeternis commutare ob remedium Salutis meae ac Viri mei nec non filij ad Ecclesiam Parochialem in Lingua quam proprijs impensis construxi, et comparavi, pro sustentatione Rectorum ipsius, Dedi, donavi, ascripsi, et appropriavi presentibusq. do, dono, ascribo, et appropio Terram quam olim Jacowicz qui Filium meum occiderunt possidebant cum tribus hominibus videlicet Wyszwoysi, Vietkus et Thalus — — cum terris Servitijs et tributis ipsorum per Rectores ipsius pro tempore existentes, tenendi, habendi, possidendi perpetuo et in aevum cum omnibus dictae terrae fructibus, hominum Laboribus et quibuscunq. obventionibus quemadmodum sola tenui, habui et possidebam,

nihil e

nihil Juris in premissis pro me meisq Successoribus reservando do Ecclesiæ et approprio eidem Ecclesiæ et ipsius rectoribus decem personas Cmetonias videlicet Rak cum duobus Filijs et tribus Filiabus, Martinum cum Uxore Kancza dicta, Juczin et Borsuk, necnon Tabernam unam in eadem lingua de mea portione, item decimam omnis grani et seminis de terra Kyrzliszki dicta ad eandem Ecclesiam ad mortem meam me dare obligo. Post mortem vero meam dictam terram Kirzliszki eidem Ecclesiæ Perpetuitè do presentibus, ascribo et approprio per eiusdem Ecclesiæ Rectores similiter tenendum, habendum utifruendum. In quorum omnium et Singulorum et Testimonium premissorum Sigillum meum presentibus est sub appensum. Actum et Datum in Worni feria quarta post Dominicam invocavit. Anno a Natali Domini Millesimo quingentesimo Tertio presentibus ibidem Venerabili et honorabilibus Paulo Canonico Officiali Vornen. Petro Plebano in Szweksny Joanne Briuga actu Presbytero de Worni et me Mathia Meberti de Prusinowicz Clerico Plocensis Dioecesis Apostolica Authoritate Notario Publico Testibus circa premissa.

Privilegium Ecclesiæ in Szwekszny Szwekszny.

1509

In nomine Sanctæ Trinitatis et individuæ Unitatis Amen. Cum omnium Vicisitudo rerum, nec huma-

nam.

humanam memoriam adeo posse firmam et perpetuam esse ut ob suam labilitatem omni cito tempore orba gesterum in humanis peractorum, nisi scriptis testibus Sigillisq ratificarent atq Sancierent et ad eandem Longo post deducerent memoriam Nos igitur Nicolaus Joannes Capitaneides Szamoythens Kyeingal Marchio Magni Ducatus Lithvaniæ Significamus et notificamus tenore presentium quibus expedit universis presentibus et futuris presentes inspecturis vel audituris etc ex singulari devotionis affectu nec non ex pio nostri Salvatoris instinctu volentes consulere nostræ Nostrorum prædecessorum atq posterorum charæ saluti quæ sepius et certius consequitur si divino Cultu ex mera voluntate et ardenti devotione in erectionem et dotationem intenditur Ecclesiarum. Proinde Ecclesiam sub titulo Sancti Jacobi in Szwekszny in Dominio et Patrimonio nostro nostræ potestatis et juris existente in Diœc. Mednicensi, duximus fundandam, dotandam, et ornandam Ornatibus Calicibus et Libris Nostris pro Divinis Officijs decenter peragendis et alijs necessarijs adid legitime spectantibus operose providere, et quia Spiritulia donec in hac sumus vita indigent adjumento temporalium Ideo pro fundo et Sustentatione Rectoris ejusdem ejusdem Ecclesiæ pro tempore existentis Dedimus assignavimus concessimus ac damus assignamus et concedimus per presentes in primis decem homines hos nom

1. Rymeyko secundus Naczko Tertio Czysz quarto Mozelus.

Muzelo quinto Barthus sexto penicos septimo Paulukas octavo Lauczus nono Kinsztantos decimo Woythus Zwibla filius damus et conferimus cum omni jure et Dominio et proprietate ac cum omnibus fructibus redditibus proventibus Servitijs Agris Pratis Campis et generaliter cum omnibus et singulis Juribus et Pertinentijs ac obventionibus universis et dictis hominibus quomodolibet exantiquo spectantibus, ita prout nos soli dictos homines tenuimus et habuimus a Rectoribus praefata Ecclesiae pro tempore existentibus habendum tenendum perpetue et aeterna et cum eorum prole ex eis nascenda possidendi condi nihil pro Nobis et nostris heredibus juris et proprietatis in eisdem hominibus remanendo, sed in omnibus iam numeralis realiter et cum effectu tribuendo, in super damus ac tribuimus de Nostro agro pro rectore dicto Ecclesiae pro tempore existenti tantum quantum seri possunt quadraginta tunne de siligine habentem situm penes fluvium Szweszny cum pratis eidem agro coagulatis, quos excisione rubetu quantum vult augmentet. Etiam addimus ibidem in Szweszny nostras tres tabernas in prima protunc morante tabernatore Kynczys in secunda Petro Drywelis in tertia Petro Lamoczystis in quibus rector Ecclesiae pro tempore existens Libere pro suo voto braxet cervisiam et medonem ex inde obligatus semper servare Vicarium et Ministrum Ecclesiae etiam nos et nostri heredes post nos futuri

obligamur

obligamur et tenemur tenebimurque unam tunnam Solidi et iresoluti mellis singulis annis et aeternè de nostra Curia Swieliszny rectori Ecclesiæ pro tempore existenti ipso jure dandam hinc de tribus nostris Curijs videlicet Szwieliszny Borzany Gynetyliszko decimas de omni grano et in agris et in ortis seminatis obligamus nos et nostros legitimos heredes Nobis succedendos singulis annis et perpetuè Rectoribus Ecclesiæ pro tempore existentibus decimand et quia qui sentit commodum sentire debet et onus, ideo rector Ecclesiæ pro tempore existens prohujusmodi danatione et largitione in consecutionem nostræ Salutis, atque Sanitatis nec non omnium nostrorum progenitorum tenebitur tres Missas decantare primam Sancta Trinitate, secundam de Beata Virgine, tertiam de Sancto Jacobo Eiusdem Ecclesiæ Patrono ad singulas hebdomadas minime pretermittens. Ad quod eum volumus per Loci Ordinarium obligari in cujus rei Testimonium et robur Sigillum nostrum presentibus est sub appensum Datæ in Curia Nostra Paszoliszny, dicta die lunæ vigesima prima Mensis Maij Anno Salutis nostræ Millesimo Quingentesimo nono.

Et ego Mathias Nicolai de Ulycz Clericus Premysliensis Diœc. Apostolica authoritate Notarius publicus promissa omnia et singula sic ut taliter praemittitur habui in commissis praenominato Domino Nicolao Kyesgal et in fidei robur et Testimonium omnium et singulorum premissorum Signo et nomine meis solitis et consuetis communivi et consignavi.

C. V.

NB Te Bezany Są lężyś między Gordami y Siadami Cytat Dekretum negale, sub Anno 1636, między Bielinskim, a Plebanem Siadzkim.

Privilegium Ecclesiæ Parochialis in Siady. Siady.

1538.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam Rei memoriam Prudens humani generis industria attente quia Currentis Rei Lubrica conditio cunctas hominum conditiones in oblivionis abyssum plerumque demergere consuevit genus Literarum adinvenit, ut eis res longa memoria dignas adhibito de super fide dignorum Testimonio conscriberentur, et praesertim uti dicitur ex Divinis Scripturis salutariam commutationem cum Domino Deo sponte voluntarieque habere dignum esse, qui pro parvis magna pro terrenis celestia et temporalibus commutat sempiterna contemplata inde etiam est quod ego Joannes Wyndawowicz Barthoszowicz volens custodire et in toto inviolabiliter observare devotam Voluntatem Domini olim Patris mei Venceslai Barthoszowicz ac Dominæ Matris meæ olim Elisabethe Juszkowna qui sua pro Salute sempiterna in bonis tunc suis nunc etiam Jure hereditario ad me devolutis Siady dictis dominæ olim Matris hereditarijs Ecclesiam Parochialem in honorem et Laudem Dei omnipotentis et gloriosæ semper Virginis Mariæ Tituli ejus idem Assumptionis et Nativitatis nec non Beatorum Venceslai et Elisabeth, ac Sanctorum omnium erectam fundaverant et dotaverant cujus Ecclesiæ

Privilegium

A) Mrz. cz. Kaipo vėlesnio laiko prierašas pag. 75

Privilegium seu fundum taliter per ipsos datum quacunque
meliori modo est amissum et deperditum pro ipsorum
Parentum ut praedictum est mea Anima ac meorum
Successorum Salute de Consilio Amicorum et meorum
consanguineorum reviviscando memoriam voluntarium
praescriptam originem et Fundum Ecclesiae Praefatae
in Siady bonis meis tanquam ejusdem licet im-
meritus Patronus Privilegium novum de novo delibe-
ravi esse conscribendum et dandam, prout iam ex-
nunc in Dei nomine praesentibus do conscribo et
fundo in hunc qui sequitur commodum Inprimis terram
super et in qua edificiata constructa stat Ecclesia et
Domus Plebanalis cum suo circum sepio dictam Dra-
gielewskie item aliam terram, circum Ecclesiam
iacentem qua iam dudum pro praedio Plebanali
erat item Kmetones Villanos vulgariter Welomych
numero sex videlicet Joannem Rusza in Kietuny
Mylus Sangaylaitys Joannem Drugielaytis Dadys
Narkus Syggolaz in Beriany cum eorum Servitijs
dacijsque universis quas antiquitus solvere consueverunt,
nihil pro me meisque Successoribus reservando item ter-
ram descriptam alias Pustowszczyzna Waygoryszki
dictam in Puszki iacentem, in qua antea duo Kme-
tones residebant cum omnibus et singulis ipsius
terrae pertinentijs nil excipiendo item decimas de
tribus meis Curijs et earum praedijs videlicet Siady
Lalye et Chwalany, exceptis cicere piso et commodi-
tatibus hortorum item duas tabernas in oppido meo
Siady unam quam hodie propinat honestus Nicolaus

Taulinaytis

Taubinaytis aliam quam tenet Petrus Szawlaytis, item decensu Tabernali ipsius oppidi mei Siady neo Sexagenas et triginta grossos monete et numeri Lithuanicalis pro ipsius Ecclesiae ministris necessario servandis videlicet Vicario duas, et Ministro una, ac Vino pro Sacrificio triginta ut dicitur grossis quolibet anno tempore quo exigitur ipsius oppidi Siady censeus Tabernalis solvendis item Stream quam vocant Collenda ab ominibus oppidi mei prefati Siady incolibet oppidanis per decem septem obulos hoc est pro Plebano grossum, Vicario mediantem et Ministro Scholarum obulos duos pro Festo trium Regum singulis Annis solvenda item ad maiorem aram Candelas binas quoties opus fuerit ex Curia mea Siady dandi teneboi, Que omnia et singula Expensa adescripta Ego Joannis Wiaclawowicz Bartoszewicz Ecclesie prefata mea in ipsam Siady et ipsius Plebanis, ad ipsam Ecclesiam Canonice intrantibus et pro tempore existentibus do, inscribo appropio funda, et incorpero et adic tenendum et inviolabiliter observandum meos Successores obligo perpetue et in evum in cujus rei Testimonium Sigillum meum presentibus est et sub appensum. Actum Scriptum et Datum in Medniki et Domo Venerabilis Domini Stanislai de Shuty Canonici Vicarijq in Spiritualibus et Officialis Mednicen Generalis die veneris prima Martij Anno Domini Millessimo quingentesimo tricesimo octavo Presentibus

ibidem

ibidem pfato Venerabili Domino Vicario in Spiritualibus honorabilibus Generoso et nobilibus Dnis Vitale de Oszyembrowo Altarista in Widubile Mathia Dmochowski Vicario Catted Mednicensis Andrea Bialy Sathnilaytis Thiywono in Uszwenta Alberto Padolski Capitaneo Curia Epplis Mednicensis Georgio Mikolaiewicz de Bathoki Georgio Advocato Vornensi Testibus circa premissa vocatis atque rogatis.

O. 6.

Privilegium in Szaulany pro Parochiali Ecclesia.

1514. Szaulany.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam Dei memoriam. Cum Sacro teste eloquio opera Fidelium sequantur illos, et unusquisque rebus exutus humanis ex hac Luce nil preter que egit bona veste amictus nuptiali secum afferet, sed quia homo de bonis que pientissimus omnium largitor non secundum sua merita cuiq largitur animam suo Creatori Talentis quinq bonorum operum mercatis ornatam ipsius annuente gratia in manus reddere cupit. Proinde Nos Nicolaus Stankowicz Butrymowicza heres Schawliszky una cum Barbara legitima coniuge mea volentes proprie ac Predecessorum nostrorum et Successorum animabus consulere Saluti in bonis nostris quoq Christum instituere heredem, de bonis nostris hereditariis Ecclesiam Parochialem in Schawlki Patrimonio nostro ad honorem Omnipotentis Dei, eiusq intemerate Matris Virginis Marie et Omnium Sanctorum sub

titulo.

Titulo inclitissimæ Matronæ Diuæ Annæ Jesu Christi Aviæ ac Nicolai Confessoris Principalium Patronorum ejusdem ereximus Fundavimus Construximus dotavimus per præsentes erigimus fundamus dotamus ac Privilegio Præsenti dotata firmamus. Inprimis præfictæ Ecclesiæ et ejus Rectori qui pro temporæ fuerit Locum pro dote ædificio Curiæ Plebani assignamus Locum in fedelaci ex opposito ostii ipsius Ecclesiæ ad Dexteram Terram verò cum agricultura una cum prædio seu Curiola Thaleylowszczyzna prout se longe late et circumferentialiter est distincta et limitata totali damus et ascribimus item homines pro Labore continuo Plebani quinque Kmetones veri Patrimonij nostri quorum cognomina sunt hæc Trumpa et Minaliszysz filius ipsius Barwonelis, Michnelis, Kariathzys, et eorum pueros et Successores legitimos sequaces damus et ascribimus, item pro Labore domestico quinque Personas illiberas utriusque sexûs cum eorum pueris natis et nascendis damus et ascribimus, item pro Commodo Plebani Tabernam Liberam circa Ecclesiam in qua Cervizia et medo ad Libitum Plebani propinabitur damus et ascribimus item pro usu et Mensa Plebani decimam Manipularem de omni generæ seminis Camporum Dictis exceptis de ipsa Curia nostra Schawiszki damus, et ascribimus, item pro vino Divino pro Cultu necessario damus et ascribimus Salarium quod Solent et Solebant Nobis solvere venditrices Candelarum circa Ecclesiam quantum veniet, item Candelas pro Divino Cultu ad Altaria Alias Pastowniki necessarias toties quoties necessitas suadebit de Nostro Celario

dandas

dandas assignavimus item pro Pipere pro Mensa Plebani quilibet civis noster pro columbatione unum grossum perpetuo solvere tenebitur Plebano Singulis Annis, et quilibet kmeto noster quot quot in praefato Dominio Nostro ad ipsam Curiam pertinent Singulis Annis ad minus per unum Grossum perpetuo Solvere tenebitur item pro Salario Ministri Ecclesiae unam sexagenam singulis Annis de Tesauro nostro solvendam assignavimus hec ergo omnia quaecunque scripta sunt, et per nos ratificata plena in Sanitate ac debita cum ratione sunt adscripta, omni extranea compulsione exclusa quae bona Ecclesiastica sic per nos adscripta et ratificata Plebanus nunc primus et caeteri sequaces quilibet eorum in Solidum tenent possident regant plenaria cum Authoritatis potestate ac omni dominationis Jure Nos vero in praefatis bonis ipsi Ecclesiae per Nos sic donatis et adscriptis nihil iuris proprietatis Possessionis et Dominij pro Nobis et Nostris Successoribus legitimis reservamus, et quia qui sentit Commodum sentire debet et onus, quare, de ipsis donatis bonis, et ascriptis Rector Ecclesiae pro tempore existens Vicarium servare tenebitur et sit adstrictus Nihilominus et tres missas septimanatim seu in qualibet hebdomada Primam die Dominica Secundam die fori aliasdie Martis de Sancta Anna tertiam die veneris pro animabus Praedecessorum nostrorum demum verò pro Nobis complere tenebitur, ad quod ipsum per loci Ordinarium volumus obligari ut

autem

autem expressa erectio donatio ascriptio robur obtineat perpetuæ firmitatis presentes Literas Sigilli nostri Soliti quo utimur fecimus sub appensione Communiri Actum et Datum in Medniki alias Worni in Domo providi dni Joannis Darguzis advocati Wornensis feria tertia infra octavas Ascensionis Domini. Anno Domini Millesimo Quingentesimo decimo quarto. Præsentibus Legali Stanislao de Kaneżewicz Notario Publico protunc Rectore chori Ecclesiæ Mednicensis Nobilibus Martino Bogustao Jotando vasallis ac familiaribus nostris et alijs quam pluribus fide dignis circa præmissa. Et me Joane manu protunc coram Rndmo causarum scriba qui talia habui in commissis.

Erectio Ecclesiæ Parochialis in Lale. Lale. 1522.

In nomine Domini Amen. Quoniam humana memoria æternitati non commensuratur, expedit igitur ut ea quæ aguntur aut fiunt in humanis negotijs ad perpetuitatis rititudinem deducantur muniminerito Nos igitur Martinus et Lucas Wyelowiczi fratres germani. Universis et singulis præsentium notitiam habituris significamus tenore presentiam, quod Nos non Coacti nec compulsi sed animo deliberato, nostrorumque amicorum consanguineorum sana deliberatione habita, fundamus erigimus et dotamus Ecclesiam Parochialem in Lale. honorabili Joanni de Piasczniz Actu Presbytero

pronunc

pronunc existenti, et alijs Plebanis in post fiendis. Ad quam quidem Ecclesiam in Lale damus adscribimus et incorporamus Curiolem nunc Upatam Boltmi-szki quam piæ memoriæ noster Pater Nicolaus Wie-komicz ascripsit dedit cum omnibus dictæ Curiæ attinentijs, Pratis agris aquis nemoribus, item ex quinq; gajs tertiam partem prout dictus Nicolaus genitor tenuit et habuit nihil juris in eadem, reservan-do item Kmetones per Genitorem præfatum nostrum ascriptos videlicet Woysnar metquintum Munczelis metquartum item Talmin mettertium, et Puszczelis met-tercium cum ipsorum filijs, et Servitijs prout solus te-nuit habuit perpetue in evum pro præfatæ Ecclesiæ in Lale item duos obnoxios item decimam omnis grani etiam de th tertis excepta Avena de Curia Lale similiter perpetue et in evum quam quidem donationem et ad-scriptionem et Nos Martinus et Lucas fratres germani dicti Panis Nicolai ratificamus quæ quidem donata et adscripta et Nos singulis annis perpetue et in evum dare et exolvere tenebimur et obligamur Gentibus nihil Juris et proprietatis nobis et nostris Successori-bus in præfatis donatis per genitorem nostrum, reser-vando item nos Martinus et Lucas ad Ecclesiam præ-fatam in Lale addimus et ascribimus hominem Narthils cognominatum cum terris Uxore et filijs, et omnibus ejus attinentijs prout, soli tenuimus et habuimus item duos obnoxios nec non ego Marti-nus duas tabernas in oppido Lale do et ascribo perpetue et in evum, et hæc omnia suprascripta

per Genitorem

per Genitorem nostrum et nos Martinum et Lucam praenominato Joanni de Prasthnicz actu Presbytero Plebano et ejus Successoribus damus ut praemissum est et ascribimus perpetue ut inde eum tenendum habendum et in usus suos beneplacitos convertendum Jus Patronatûs ~~juspatronatus~~ vero dictae Ecclesiae Nobis in Solidum reservando ita unus sine alio praesentare non debet neq tenebitur sed ambo debent in unum Concordari unanimiter in cujus rei majus Testimonium Sigilla nostra sunt praesentibus sub appensa. Actum et Datum Vilnae die Jovis vigesima tertia Mensis July Pontificatûs Sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri Dni Leonis Divina providentia Papae Decimi feliciter moderni praesentibus nobili et discretis Micko de Lale Strzuszko advocato, et Laurentio de Gnesna testibus fide dignis.

C. C.v.

Super Prato Ecclesiae Lalensis additto.

In nomine Domini Amen. Quia humana memoria aeviternitati non commensuratur, expedit igitur ut ea quae fiunt in humanis negotijs ad perpetuitatis ratitudinem deducantur Ego igitur Martinus Nicolai Wielowicz non compulsus neq coactus aliquo errore seductus sed sana mente et corpore ex iis debitaq pruens ratione honorabili Dno Joanni de Prasznicz Plebano in Lale et ejus Successoribus post futuris lego dono et ascribo ad Ecclesiam Divi Nicolai Patroni mei, pratum circa finem stagni prope Ecclesiam ad pascendum equos propter distantiam

distantiam Curiolę perpetuę et inaevum, item ascribo decimam deempsione propria mea de omni grano dent et extradent mei Successores Similiter perpetue et inaevum, item ascribo duas maxillas alias Szace bovinas Plebano, et suis Successoribus dandum de oppido Lalensi quolibet fero dandum de oppido Lalensi quolibet fero perpetue et in aevum. item adscribo annuatim ad Vinum Ecclesiasticum mediam Saxagenam ex oppido Lalensi alias Kopczyzny, dari similiter perpetue, et in aevum. item adscribo Stagnum cognomine Kyrkuciszki et Pratum circa adjacentem penes illum similiter perpetue et inaevum item quod recepi illiberum Ecclesiasticum Nomine Paulum Szawdaylis qui recepit uxorem nomine Szmulhija in Curia Lalensi pro illo teneor alium restituere. Praesentibus ibidem G. D. Nicolao Jurgiewicz Tribuno Kozen Nobilibus Szymaszko Jsmiatowicz Venceslao Staniewicz. Acta sunt haec in Curia mea propria Lalen. Anno Dni Millesimo Quingentesimo Vigesimo Secundo indictione decima die solis octava Mensis Junij et propter melius robur sigillo meo eodem quo et infundato sub impressi addidi huic donationi ac dotationi meae

O. V.

Investitura Parochiae Lali ad praesentationem Generosi Dni Stanislai Martinidis Wielkowicz, honorabili Stanislao Joannis Dowgirdt, ab Rmo D. Rndo olim Paulo Jamont Canonico et Sede vacante

Administratore

Administratore, Epatus Medmicensis Anno M. D. L. Sexto datum.

Praesentatio Generosorum Stanislai et Martini Wiebowicze ad Parochialem Ecclesiam Lalensem vacantem tunc ex vi Juris Patronatus pro Rndmo Stanislao Joanne Tautwit. Anno 1556.

Privilegium Ecclesiae Parochialis in Szylele

1533. Szylele.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam Nos Joannes et Stanislaus Ordidowiczi heredes de Kielmy significamus tenore praesentium quatenus expedit universis et Singulis et Nos Cupientes nostris ac olim Praedecessorum nostrorum animabus salubriter providere voluimus, et prout volumus in oppido nostro dicto Szylowlie Ecclesiam Parochialem in Laudem Dei omnipotentis ac intemeratae Virginis semper Mariae Assumptionis Patronorumque Adalberti Georgij Martyrum et omnium Sanctorum dotare erigere construere pro ut iam in Dei nomine in parte constructam taliter ut Sequitur modo dotamus. Inprimis dictae Ecclesiae Rectoribus Successoribusque suis Canonice ibidem intrantibus damus et assignamus perpetueque ascribimus pro Curia Plebanali Campum unum totum eundo ex oppido Szylowlie ad dexteram partem versus districtum districtum Szandz in quo bene seminari possunt triginta tunnae Siliginis, item eidem Plebano

Plebano Successoribus suis Canonice ibidem intrantibus ascribimus presentibusq; damus unam terram desertam in districtu Szander nuncupatam Rymeyszliszki, item damus et assignamus eidem Ecclesiæ duos Colonos proprios videlicet Petrum Szutszaitis cum ipsius liberis in uno Servitio, et alium Moszym inalio servitio cum sua posteritate, item assignamus et damus ipsi Plebano et ipsius Successoribus legitimis Piscinam Superiorem alias Wierzchny Stawek, item eidem Plebano damus et Suis Successoribus, per nos et Nostros legitimos Successores, decimas omnis grani et ex hortis ex quatuor Curijs nris videlicet Poiurslie Lepoiczliū, item damus et attribuimus ipsius Ecclesiæ nostræ Rectoribusq; suis per duos Kmetios Labetiowas cum bobus proprijs eorum qui Plebano et suis Successoribus arratum terram et ad cetera servitia tenebuntur facere, item adscribimus eidem Ecclesiæ nostræ per unum porcum saginatum per Nos et Nostros Successores ex Curijs dandos annuatim, item ipsi Ecclesiæ assignamus et adscribimus certi Salarij a nobis et nostris Successoribus per duas sexagenas grossorum monetæ Lithvanicalis de censu tabernali pro festo Divi Jacobi Majoris Solvendas, item damus et adscribimus perpetue et in suum ipsi Ecclesiæ ac Rectoribus illius quatuor tabernas ibidem in oppido nostro dicto Szylowko videlicet Mathiam Narmilaytis Georgium Kowal

Jurgielizas

Jurgielizas Lutoszelis item omnes oppidani nostri quo quot sunt modo et quod erunt in Szylowko effata tenebuntur dicta Ecclesia me suisq Rectoribus per duos grossos ratione tributi pro Festo Divi Jacobi et per Grossum ratione Colobationis Singulis Annis pro Festo trium Regum perpetuo et in aevum dare et contribuere, item assignamus eidem Ecclesiæ nostræ per obulum a correcto Siliginis et omnis grani alias pomierne perpetue et in aevum fieri et hæc omnia Superius expressa, et eidem Ecclesiæ per nos adscripta volumus a nobis et a Successoribus nostris perpetue et in aevum fieri integra ad quod inviolabiliter tenendum nostros Successores strictissimè obligamus Servaturos insuperq Plebanum ipsum Successoresq suos hortamur quatenus ita se circa Ecclesiam exerceant ut sint memores nostræ donationis, et in Ambona non prætermittendo pro Vivis et Defunctis unum Ave Maria, a Populo deprecari Acta sunt hæc Vilnæ in Domo Domini Andreæ Canonici Vilnen. præpositi Trocensis in Crastino Beatissimæ Virginis Mariæ Nativitatis Præsentibus testibus Reverendo Dno Sohelnicki Canonico Mednicensi nec non Plebano Rosiensi, et Administratore sede vacante Mednicense nec non honorabilibus viris Domino Kościeszа Plebano Kieydanensi, et Dnō Hieronimo Altarista in Krakinowo Dno Joanne Andruszowicz Venerabili Domino Stanislao Skulski Canonico Mednicen. harum quibus Sigilla nrã, sunt appensa Testimonio Literarum Anno Domini 1533.

O. n.

Privilegium

Privilegium Ecclesiæ Cyragoliensis **Eyragola**. vide folio 32. folio
1542.
134 165

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam Rei memoriam. Cum omnium bonorum nostrorum Auctor et Largitor sit Deus Optimus Maximus decet nos ut vicissim in ijs que pro eo ac cultu ipsius fieri a nobis possunt manus non contrahamus, ut illius benignitas et munificentia tanto se magis ergo nos extendat quo per nos studiosius ac alacrius gratiam sibi aliqua ex parte referri cognoscat. Proinde Nos Sigismundus Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ nec non terrarum Cracoviæ Sandomiriæ Syradiæ Lanciciæ Cujaviæ Russiæ totiusque Mazoviæ Prussiæ Culmen. Elbingen. Pomeraniæ Samogitiæ Dominus et heres. Significamus testatumque facimus hisce Literis nostris universis et singulis qui nunc quique futuris sunt imposterum. Quia nos volentes de speciali gratia et munificentia nostra Plebano Ecclesiæ Parochialis in Laudem et honorem Sanctæ et Individuæ Trinitatis ac ob memoriam Sancti Stanislai Pontificis et Martyris, atque Divi Sigismundi Regis in oppido nostro Cyragola vulgo nuncupato in Terra Samogitiæ consistente de novo erigende, pro meliori Conditione statu et sustentatione ipsius prospicere decimus, et donavimus eidem Plebano et Successoribus suis dicte Ecclesiæ sex homines servitia more ducatus nostri Lithuaniæ factori ejusdem districtus Cyragolen. ex semine Gregorium Tanthginaytis, cum fratribus Butrim, Jagielaiti, cum fratre Roman Miszalgaytis Petrus Bortkaytis

Butko

Butko Bublis, damus etiam et donamus prædicto Pleba-
no aream pro exstruendis tribus tabernis, in dicto op-
pido novo Cyragola et tres terras desertas vulgo Pusto
cizny in eodem districtu Cyragoliensi consistentes ex no-
mine Mieiuszkie, Nashuszkie, Jagmimizkie, pro Præ-
dio Plebanali, quos quidem sex. homines, aream pro
tribus Tabernis et tres terras desertarum prædictas,
ex nunc prout extunc ipsi Ecclesiæ Parochiali in op-
pido Cyragola, adiungimus et appropriamus incorpo-
ramusque, per Plebanum modernum et pro tempore
existentem dictæ Ecclesiæ eosdem homines terras et
Tabernas cum omnibus et Singulis eorum agris
Campis pratis pascuis nec non Laboribus Servitijs
et hominibus seu Kmetonibus, quicunque in eisdem
terris desertis locabuntur, et generaliter cum omnibus
et Singulis eorum censibus fructibus utilitatibus red-
ditibus attinentijs et obventionibus universis quæ nunc
sunt, et in futurum humana industria excogitari pos-
sunt ita quod generalitas specialitati non deroget nec
vè contra, sic late longe et circumferentialiter pro
ut dictæ terræ desertæ in suis metis et Limitibus
antiquitus sunt distinctæ et Limitatæ, ac cum omni ju-
re dominio, et pro pietate nihil nobis et Successori-
bus nostris in eisdem sex hominibus, tribus taber-
nis et tribus terris desertis prædictis reservando
tenendum, habendum, utifruendum, quieteque et pacifice
perpetuo possidendum, eximentes prout eximimus —
[Ex]emptio eosdem homines Tabernas, et desertas terras, a bellica,
[o]mnibus
[a] expe-
[diti]one. expeditione

expeditione generali vel particulari et ab omnibus contributionibus et exactionibus pro nostra et Reipub. necessitati Laudatis et Institutis, ac Laudandis et instituendis, ac ab omnibus alijs datijs Solutionibus Laboribus et Servitijs nostris, et Reipub. et quocunq alio onere Seculari tenore presentium mediante, easdemq terras Tabernas et homines predictos quantum in nobis est immunitati Ecclesiastica adscribimus, decernentes illos et illas esse et fore Ecclesiastica et Ecclesiasticas deberegz eadem libertatibus et immunitatibus potiri et gaudere, quibus bona aliarum Ecclesiarum in magno Ducatu nostro Lithuaniae potiuntur et gaudent perpetuis temporibus et in evum in cujus Rei Testimonium Sigillum nostrum Magni Ducatus Lithuaniae est appensum Datum Vilnae Die Sabbati ante rogationum proxime. Anno Domini Millesimo quingentesimo quadragesimo Secundo.

et onore Seculari

Ad Mandatum S. Rege Mtis Joannes de Domo Rap. Vilnen Secr. C. N.

Litere Plebanatus Szadowiensis Szadow

1542

Zykhymont Bozoy milosti Korol Polski Weliki Kniaz Litowski Ruski Pruski Zomoytski Morowecki y jnnych.

Czynim znamenito sim naszym listom chto nanoho posmotrit ab ozłuczy teho astysłyt ninesinym y napotom buduczym komu budet potreba toho wedati. Bił nam czołom czołom Pleban Kosteła Panny Maryi u Meste naszom Szadowskom Kniaz Pawel y Powedał Pered nami,

ji Kotoryi

Y kotory kostel postawen jest wtamosznem mesteczku naszom Szadowskom Ino dey fundacyi nikotoroje ku onomu kostelu niet y jako Ludey, tak Zemli y nikotorych pozytkow kniemu nenadano, krom neboszczyk Pan Jan Janowicz Zaberezenski Wojewoda Trocki Marszałok Zemski Zaderzania swojeho tych Wołostey naszych Ugickich, dał był napozywenie Plebanu tamosznomu Szadowskemu dowoli naszoje tey Zemli najmeRymeyszyszki, Sutkiszki y Seymontiszku, a Człoweka na Jme Mateja Dowronania, a Druhoho Człoweka Rymeysza Cenowicza, a u Mesteczku Szadowskom czotyry korczmy Piwnyje akrom toho jnszoho nikotoroho nadania kotorau Kostelu Bozomu net, a dla toho tamoszny Pleban uwelikom nedostatku był y pozywenia nikotoroho ot tut sebe nemeł, tak tez Kapłanow, ani takow przytom kostele dla Chwały Bozyi nemeł, naczom przysobe zachowati, y Bił nam czołom abych ma tamoszny kostel Panny Maryi wSzadowe ufundowati, a ku chale toho Kostela Bozoho y naraspomozene tez plebanow tamoczznych, Ludi y Zemli u Wołosti naszey Szadowskoy przydali. Jeno my chotiaczy to meti aby wPanstwach naszych wsde chwała Boza mnozyła się y szeryła azanasby hospodara Boha prosiono, tot kostel Panny Maryi wSzadowe funduiem, a kniemu daiem to naweczenyje czasy, nayperwey tye try Zemli pustowskie kotoryje perwo toho nebosczyk Pan Jan Zaberezenski ktomu Kostełu przydał Rymekiszku, aSutkiszku, a Kimrontiszku y Człowcka mateja Dowromona zdwema

Brati

Brati Jeho Petrom a Janom, a drahoho Czołowieka Rymelisa
Henkowicza z synmy Jeho, y u mesteczku Szadowskom
Korczmy dwe medowyje y piwnyje w Kotorych ma-
jot szynkowati, med y piwo, a k tomu osobliwoje ła-
ski naszoje hosparskoje dajem natot ze Kostel
Bozy Szadowski, tych ludey naszych Micka Doblewicza
z bratoju Janom, a Tomaszom. Lewnia Michowiczem
Społma synami Jeho. a Janom Sowcytowiczom z Bra-
tom Jeho, Krylom a Jorja. a Jorja Petkuna z Macom
Butymanim. z Ich Zemlami kunicami kotory oni nam
nanas pratili. a k tomu Skordoho Domu wowsey Wo-
łosti naszoy Szadowskoy wkordy Rok o Bozom Na-
rozeniu pro chrystu kolendy na Plebana. a u Mesteczku
Szadowskom odnu kletku miesnyju majot tyje wy-
szey opisanyje ludi y zemli, dwe korczmie y kletku mie-
snyju odnu so wsiałimi dochody y pozytki szto s toho
prychodit, y tez wkordy rok o Bozym narozeniu Skordo-
ho Domu u Wołosti Szadowskoy spoddanych naszych
po hospodarsku na sebe brati tak teperiszny Pleban Sza-
dowski Knias Paweł y po nem buducy Plebani ła-
mosznyi weczno y na weki y neporuszno a s toho ma-
jot Plebanowe samocznye wsiałim potrebom to-
ho Kostela Bozoho dosit czyniti y chwały Bozey pil-
nowati y za nas Hospodara ustawne Boha prosi-
ti y natom dajem na tot Kostel Panny Maryi
Szadowski tot nasz list z naszoju prywesistoju
peczatiu. Pisan u Wilni Pod Let Bozoho Na-
rozenia Tysiecza Piat Sot Czotyr desiatt wtery
Meszcza Ienwara Trynadcatoho Dnia

Litera Szadoviens
1529. 6

Litera Szadoviensis Plebanatus alia

1529.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam Rei memoriam convenit Principum Autoritas rebus gestis Literarum testimonia veluti memoria adminicula adhibere, ut etiam easq ad Laudem et honorem Dei Ecclesijs et earum Ministris liberali conceduntur sempiterno aevo posteritati constare possint, dignum censemus Literarum apicibus veluti perpetuo duratura commendare. Proinde Nos Sigismundus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithvaniæ Russiæ Prussiæ Masovieq ette Dominus et hæres. Universis et Singulis Præsentibus et futuris harum notitiam habituris tenore præsentium Significamus, quomodo cupientes Cultum Divinum in hoc nostro hæreditario Magno Lithvaniæ Ducatu et terris Samog in quibus est nova fidei Christianæ Plantatio adaugere Ecclesiam Parochialem Szadovo Upiten districtus ad Laudem et honorem Dei et Beati Nicolai Episcopi et Confessoris Missa refieri fecimus. Cum autem Ecclesiæ et earum Ministri sine specialis subventionis et provisionis subsidio existere non valeant, dictæ Ecclesiæ in Szadovo ac ejus rectori pro dote et fundo tres terras desertas Rezniey kowiszczyzna Girdwiliszki et Kiemontiszki dictas cum earum omnibus utilitatibus pro Prædio Plebanali et duas Tabernas liberas medonis et cervisiæ pro sustentatione Servitorum Ecclesiæ, quas nunc Andreas et valito possident cum earum censu Kapczyzna dicto

dari

dan, donan, conceden et assignan duximus, prout de nostra scientia ac libertatis Munificentia Regia damus, Donamus concedimus perpetuo et in aevum, eaq omnia et singula immunitati Ecclesiasticae adscribimus et incorporamus quam quidem dotationem Illmo Rndo in Christo Patri Nicolao Radziwill Episcopo Mednicensi sincere Nobis Dilecto denuntiamus, et ad eadem Ecclesiam noviter fundatam et dotatam honorabilem Martinum de Smoniewo actu Presbyterum ad Ecclesiam in Szadowo instituendum et investiendum presentamus presentium per tenorem, eandemq vestram Dnatione Reveren, hortamur quatenus dictum Martinum Presbyterum ad Ecclesiam in Szadowo instituat et investiat curam Animarum, administrationem Spiritualium, et Regimen temporalium sibi in eadem committend prout hoc ad vestrae Paternitatis officium pertinet Pastorale, harum quibus est Sigillum nostrum Magni Ducatus Lithvaniae sub appensum Testimonio Literarum. Datum Vilnae feria quarta post Festum Omnium Sanctorum. Anno Domini Millesimo Quingentesimo vigesimo nono Regni vero nostri vigesimo tertio anno.

Sigismundus Rex.

Beysagola.

O. x.

Fundatio Ecclesiae Parochialis in Beysagola 1539.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam Rei memoriam. Cum omnium bonorum nostrorum Autor et largitor sit Deus optimus maximus. Decet nos ut vicissim in his quae pro eo ac Cultu ipsius fieri a nobis possunt manus

non

non contrahamus, ut illius benignitas et Munificentia, tanto se magis erga nos extendat quo per nos Studiosius et alacrius gratiam sibi aliqua ex parte referri cognoscat. Proinde Nos Sigismundus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ nec non terrarum Cracoviæ Sandomiriæ Syradiæ Lanciciæ Cujaviæ Prussiæ totius Prussiæ Masoviæ Culmen Elbingen Pomeraniæ Samogitiæ Dnus et heres. Significamus testatumque facimus hisce Literis nostris Universis et Singulis qui nunc sunt quique post futuri sunt quia nos volentes de Speciali gratia et munificentia nostra Plebano Ecclesiæ Parochialis in Laudem et honorem Sanctæ et individuæ Trinitatis ac ob memoriam Divi Sigismundi Regis in oppido nostro Beysagola vulgo nuncupato in terra Samogitiæ consistente denovo erigendæ, pro meliori Conditione Statu et Sustentatione ipsius prospicere dedimus et donavimus eidem Plebano ac Successoribus suis dictæ Ecclesiæ sex homines servitia more Ducatus nostri Lithuaniæ facientes, tres sex in districtu Szapata appellato ex nomine Niekraszet Maciej Popielacie Jacas Moniatowicz, Janelis Kretenkowicz alios autem tres in districtu quæ vulgo Lauda dicitur, cognomine Janus Markowicz, Bortho Rymkowicz et Truchno Jaszmitowicz, Damus etiam et Donamus prædicto Plebano duas Tabernas in dicto oppido Beysagola, et tres desertas terras seu desolatas vulgo Pustowszczyzny in districtu Szapada opfato consistentes, ex nomine Borsuchizkiö Skeytiszkiö et Rymkuskiö Korhazgwincza appellatas pro Prædio Plebanali. Quos quidem sex

homines

homines tres terras desertas et duas tabernas predic-
tas ex nunc prout ex tunc ipsi Ecclesiæ Parochiali in
oppido Bessagola adjungimus et appropriamus incor-
poramus per Plebanum modernum et pro tempore
existentem dictæ Ecclesiæ eosdem homines terras
et Tabernas cum omnibus et Singulis eorum agris
Campis Pratis pascuis nec non Laboribus servitijs et
hominibus seu Cmetonibus quicunq in eisdem ter-
ris desertis locabuntur, et generaliter cum omnibus
et Singulis eorum censibus fructibus utilitatibus, red-
ditibus proventibus attinentijs et obventionibus Uni-
versis quæ nunc sunt et infuturum humana indus-
tria excogitari poterunt ita quod generalitas spe-
cialitati non deroget nec e contra sic Late Longè et cir-
cumferentialiter prout dictæ terræ desertæ in suis me-
tis et limitibus antiquitus sunt districtæ et limitatæ
ac cum Jure omni dominio et proprietate nihil
nobis et Successoribus nostris in eisdem sex homini
bus duabus Tabernis et tribus terris desertis præ-
dictis reservando tenend habend utifruend quietè
et pacifice perpetuo possidendum Eximens prout
eximimus eosdem homines, tabernas et desertas terras
a bellica expeditione generali vel particulari et ab omnibus
contributionibus et exactionibus pro nostra et Reipubl
necessitate Laudatis et institutis ac Laudandis et insti-
tuendis ac ab omnibus alijs dacijs solucionibus Labori-
bus servitijs nostris ac Reipublicæ et quocunq alio
onere Seculari tenore presentium mediante eosdem

Terras

terras Tabernas et homines prædictos quam in nobis est immunitati Ecclesiasticæ adscribimus. Decernentes illos et illas esse et fore Ecclesiasticas, et Ecclesiasticos, debereq eisdem libertatibus et immunitatibus potiri et gaudere quibus bona aliarum Ecclesiarum in magno ducatu illo nostro Lithuaniæ potiuntur et gaudent perpetuis temporibus et inævum. In cujus rei Testimonium Sigillum nostrum Magni Ducatus Lithuaniæ est appensum. Datum Cracoviæ feria sexta ipso die Divi Sigismundi Regis. Anno Domini Millesimo quingentesimo tricesimo nono.

Sigismundus Rex. O. y.

Aliæ Literæ super Beysagola.

In nomine Domini Amen. Ad laudem et gloriam Sanctissimæ Trinitatis et in memoriam Sigismundi Sancti Regi Nri Serenissimi jubente oretenus Serenissimo Rege Nostro. Ego Joannes Andreà Thesaurarius in aula Regia Possessor Vielony et Beysagolien. Notum facio his meis Literis concissoris Parochiæ Beysagolien me dedisse potestatem possidendi dictam Parochiam, ejusq bonis secure fruendi R. D. Barthlameo Capellano Regio nec non Successoribus ejus secundum Literas et fundationem Regiæ Mttis futuris Plebanis Beisagoliensibus Significo inquam me dedisse supra nominatam Parochiam et meam possessionem cum sex subditis dictæ Parochiæ contulisse, qui subditi tribus in Locis resi-

resident in districtu lauda dicti nomine Delczas et Mat-
tias Populaitis, alij duo indistrictu Sasadanensi in Campo
augmianensi, nomine Jabias Monataytis Joannes
Mietoutaytis appellati, Reliqui duo in districtu Sesaleñ
penes fluvium Kirsina nuncupata. Janus Barkonis
Barthol: Rymlionis Jucha Jasvilonis. Tradidi etiam duas
Tabernas in oppido Beysagolieñ ac tres desertas terras
districtu Sassatanensi id est Karbuliszki dicto Dargu-
liszki et Skieszkiski penes fluvium Kirsena nec non
Rymliszki predium et sustentationem Parochiæ Beysa-
golieñ. Nominatim autem istorum Subditorum terra-
rumq̀ desolatarum in circulo finibus circumdato
continetur finis terminis suis afacis temporibus signa-
tis concessi, et has desertas terras quantiquus q̀bus
terminatæ sunt et cum modo isti tradidi incipiens
ab oppido Beysagoliensi a Platea Santensi, et Flumi-
ne Kirsena via recta transmodum Karbutowicz usq̀
ad Flumen Kulena, a fluvio autem Kulena et a subdi-
tis nostris Mauonis et Datuilas per siluas fecit et
correxi fines antiquas signavi usq̀ ad Pelkamtergirdis.
ex tertia vero parte usq ad fluvium Kirsena signa
quatuor de terra deserta ac Rimliszki post fluvium
Kirsena a Platea et via Kieydanensi usq ad fluvium
Winktrupia in via deserta ibiq̀ usq̀ ad districtum
laudas. et ad fluvium Degisupia ad quercum ma-
gnum usq ad Lacum Kirsena finibus et Signis
antiquis, et has tres terras desertas indicavi et
concessi cum terra et agris arandis cum nemo-
ribus silvis ac pratis finibus circumductis, hæc

omnia

omnia finibus circumdata tradidi Parocho supra nominato et alijs suis Successoribus Plebanis ego ipse et subditi nostri nullum jus habent adhac inaeternum Ad quas Literas affixi etiam meum Sigillum. Datum Beysogala Anno Dnni millesimo Quingentesimo trigesimo Nono. Mense Novembris

O:3

Privilegium super Ecclesiam in Olsiady.

Ollia-dy 1475.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam Dei memoriam presentibus Deducimus cum ex Successu temporum et innata hominum fragilitate, humana memoria existat Labilis et Transitoria, nisi scripturarum robore futura reminiscentia solidentur. Proinde Nos Barthlomeus Dei gratia Episcopus Mednicensis, Cupientes animarum saluti vigilanter providere, et ab omnipotenti Deo retributionem consequi sempiternam, Ecclesiam in Villa nostra Olsiady in honorem Omnipotentis Dei, et gloriosæ Virginis Mariæ Assumptionis, ac beatorum Barthlomei Apostoli Leonardi Confess, et Annæ Matris Mariæ Virgis per Reverendum Dnum Mathiam felicis Memoriæ Antecessorem nostrum laudabiliter Constructam de novo et erectam Dotari sublimari et dedicare cum effectu cupientes. De consensu et voluntate Serenissimi Principis, et Domini Casimiri Dei Gratia Regis Poloniæ Magni Ducis Lithuaniæ. Qui quidem gratiosum suæ voluntatis prebens assensum, precipue in gente hac Neophita

dicta

dicte Ecclesie in subsidium assignavit donavit tribuit, et cum effectu dedit quatuor Kmetones cum terris totaq Possessione ipsorum. Ut autem ipsa Ecclesia per Reverendum Dnum Mathiam felicis recordationis Eppm sic ut premittitur constructa denovo et errecta, a Serenissimoq Principe Dno Casimiro Dei Gratia Rege Poloniae Magno Duce Lithvaniae &c quatuor Kmetonibus sit dotata, et a nobis auxiliante ipso autore noviter consecrata et dedicata a Rectore ipsius pro tempore existente, eo salubrius et attentius gubernetur et regatur, ut ipse rector pro tempore existens defectu in victualibus suisq necessarijs minime patiatur, Damus igitur, conferimus, attribuimus appropriamus, ac perpetuo ac irre=vocabiliter inscribimus dicte Ecclesie in Cziady ipsiusq rectori pro tempore existenti imprimis agrum pro Domo construenda juxta piscinam sub pede montis ex parte orientali ipsius Ecclesie &c. Item quatuor Kmetones nominatim vet Ograysz, Wayszkowiz, Telic, Dretsints et Moszelis cum omnibus ipsorum agris Pratis rubetis Silvis nemoribus et omni Possessione ipsorum prout habent in suis finium metis. Item Decimas manipulares Curiae nostrae de omni grano vet de Lepolawki, Cziady, Bartiszki Et. kie et Maszody Curijs item terram pro speciali cultura agrorum ad centum vel citra tunnas se extendens tum homines vet Smirplisz, Wkoylutiz, et Dorognosz cum omnibus pratis rubetis agris cultis et incultis cunctis aquarum decursibus Silvis et nemoribus que circumferentialiter in Locis et metis habentur

habentur prout dicti homines habuerunt possideruntq insuper et pratum dictum pkerEkylisaluiz item assignmus et damus dicto rectori pro tempore existenti de Lacubus duobus videlicet de Olsiady et Ilgi pro sustentatione mense ipsius decimum piscem qui pro nobis aut Successoribus nostris Sagena pendentur ū hoc omnia et Singula damus conferimus attribuimus perpetuis temporibus appropriamus et donamus dicto Ecclesia Olsiadi et ipsius rectori pro tempore existenti cum omni Jure et Dominio Possessioneq nihil Juris et Dominij pro Nobis aut nostris Successoribus reservantes, cum agris pratis aquis vineculis Universisq utilitatibus nunc existentibus et in postum que per humanam industriam possint excogitari. Insuper tribuimus et assignamus hominibus dicti Rectoris qui pro tempore sunt liberum arbitrium colligendi humulum temporibus suis in locis Sareptis atque silvis ubi nostri homines colligent vel colligere solent conjunctim et non divisim, harum quibus Sigillum nostrum est sub appensum Testimonio Literarum. Datum in Curia nra Lendaculi die solis xxx Mensis Octobris quarto Kalendas Novembris Anno Millesimo ccccxxx quinto Presentibus ibidem Venerabili Dno Petro Plebano de Roszeyni honorabilibus et discretis Michaële germani de Troli pro tunc notario Joanne de Sieroszc Michaële de Presbyteris Domino Petro pro tunc Procuratore Curiarum Ceterisq quam plurimis.

Fundatio Parochialis Ecclesiæ in Kroli.

Kroki 1478

Capitulum, Ecclesiæ Cathedralis Sancti Stanislai Vilnensis. Universis et Singulis præsentium notitiam habituris tenore præsentium Significamus Constitutus in Nra præsentia honorabilis Dominus Georgius Ecclesiæ Parochialis Diecæsis Mednicen. in Kroli Rector exhibensq coram nobis Literas Privilegij seu Fundationis prædictæ Ecclesiæ suæ in Kroli quas petijt per nos authoritate nostra Capitulari imoveriis Apostolica transumi exemplari et inpublicam formam redigi mandari authoritatemq et Decretum eisdem interponi. Nos vero ad instatem petitionem prædicti Domini Georgij Plebani prædictas Literas Privilegij seu Fundationis Ecclesiæ Parochialis Diæcesis Mednicensis in Kroli ad manus nostras recipimus vidimus tenuimus legimus et diligenter inspeximus, sanasq et integras illesas omni prorsus vicio et suspitione caveré ipsas per Discretu Nicolaum Notarium nostrum, transumi exemplari, et in publicam formam redigi mandavimus nostramq authoritatem Capitularem interposuimus et præsentibus interponimus pariter et Decretum. Tenor veró Literarum inferius sequitur et est talis. In nomine Domini Amen. Nos Bartholomeus Dei gratia Episcopus Mednicensis. Adperpetuam Rei memoriam deducimus Significantes præsentibus et futuris quibus expedit Universis quomodo sincere devotionis Zelo succensi diem

extremi

Extremi Judicij operibus misericordie cupientes prevenire, et indubitate salutis et perpetue stipendia comparare animo quoq̃ vigili propensius attendentes etc Ecclesia nostra in Kroli per Antecessores Nostros Laudabiliter fundata modico facultatum Stipendio fuerit dotata de qua quidem dotatione tum Pastor seu Plebanus ejusdem tum Ministri nonullus facientes defectum facultatibus ejusdem Ecclesie minime valuerunt contentari et plus defeci quam profici videbantur quibus vigili cura cupientes obviare perpendentes id quod immarcessibilis Celestes Tesauros fiducialiter reponimus, cum quecunq̃ pro honore Dei et Sacrarum edium augmentoq̃ cultus Divini liberaliter erogamus. Proinde dicte Ecclesie in Kroli per nos natualtissimi noviter extructe, et in honorem Omnipotentis Dei et Patronorum ejus dedicate Pastoriq̃ seu Plebano legitimo ejusdem honorabili videlicet Joanni Her de Cauno presenti et futuris suis Successoribus Canonice intrantibus damus attribuimus et pro dotatione presentibus assignamus et appropriamus sex homines nostra inibidem morantes videl. Drawdzlan Prymszys Woymutis et Smiztos Jvan et Vithum cum omni jure substitutis Familia Possessionib9 mobilibus et immobilibus, agris Cultis et in cultis terris Pratis Rubetis fruktetis longetate, et circumferencialiter prout se ipsorum possesiones extendunt nihil pro nobis aut nostris Successoribus reservantes servitia quoq̃ digna, et exactiones exhibeant. et exolvant, prout nostris

Antecessoribus

Antecessoribus et nobis exhibere et solvere solebant nil minuentes aut novi statuentes, insuper assignavimus et presentibus assignamus decimas certas Curiarum nostrarum vocet de Kroli Rosieyny Milzowiany Szurnoyni atq Kaltyniany Curijs de omni grano Siliginis tritici atq annone etiam volumus tamen et decernimus per presentes ut omnia et singula dicte Ecclesie in Kroli Pastori seu Rectori ejusdem qui pro tempore fuerit per nos instinctu Divino assignata attributa et pro dotatione appropriata sunt et esse itaque dotationis intuitu ob spem future retributionis fecimus et facimus hactenus. In quorum omnium robur et Testimonium jussimus Pontificalis nostri Sigilli appensione presens Privilegium communiri. Actum et Datum in Curia Kroli Die Dominico Sancte Trinitatis Anno Domini Millesimo quadringentesimo Septuagesimo octavo presentibus ibidem honorabilibq et discretis Michaelle de Kroli Canonico Medniecensi, Nicolao Plebano de Wielona Petro Plebano de Rosieyni Joanne Curia Presbytero Nicolao Procuratore et alijs. Que omnia et singula premissa Vobis omnibus et singulis intimamus notificamus ac ad vestram et cujuslibet vestrum notitiam deducimus et deduci volumus per presentes Vosq Dnos supradictos omnes in Solidum hortamur in Domino quatenus nostris presentibus Literis transumpti in Judicijs et extra Plena fides adhibeatur illisq tanquam authenticis stetur realiter et in effectu. In quorum omnium et singulorum

Singulorum fidem et Testimonium præmissorum præ
sentes nostras Literas per Notarium nostrum Capitula
rem scribi subscribi Sigilliq nostri appensione le
gitima Jussimus et fecimus communiri Actum
et datum Vilnæ Anno Millesimo quingentesimo
vigesimo nono Indictione secunda Pontifica
tus Sanct in Chro Patris et Dni Nri Clementis Di
vina providentiæ Papæ septimi Anno sexto die
vero Lunæ Secunda Mensis Julij apud San
ctum Stanislaum in loco Capitulari præsentibus
ibidem nobilibus Dominis Joanne Zarstci Joan
ne Nurbanowski Benedicto Familiaribus Dni
Custodis, ac Joanne Jamrat Familiare Dni Mi
kyrski Canonici Vilnensis testibus
Signum Notarij Et me Nicolao Bartolomei de Konza
Clerico Plocensis Diœcesis Sacra Apostolica Authorita
te Publico ac Venerabilis Capituli Ecclesiæ Cathedralis
Vilnensis Notario et Actorum Scriba, qui prædic
tis Literarum transumpti Decreto et petitione aliisq
omnibus et Singulis dum sic ut præmittitur age
rentur et fierent una cum prænominatis Testibus
præsens interfui eaq omnia sic fieri vidi et Audivi.
Ideo hoc Præsens publicum transumpti Instrumentum
manu mea fideliter scriptum ex inde confeci signo
que et nomine mejis solitis et consuetis com
munivi in fidem omnium et Singulorum
rogatus et requisitus.

Privilegium

Privilegium pro Decimis in Kroki.

In nomine Domini Amen Nos Bartolomeus Dei Gratia Episcopus Mednicensis ad perpetuam rei memoriam deducimus Significamus praesentibus futuris quibus expedit universis quam sincere devotionis Zelo succensi diem extremi Judicij operibus in cupientes prevenire et indubitate salutis et perpetue stipendia comparare animoque vigili propensius attendentes, ne Ecclesia nostra in Kroki per antecessores nostros laudabiliter fundata

&c

Hoc Privilegium non Continuatum est propterea quod Superiori continetur

Fundatio Parochialis Ecclesiae in Kroki.

&c.

Privilegium Reginae Bonae quod Servit Ecclesijs Parochialibus Velona et Jurbork

Wielona & Jurbork 1554 Vide fol ~~65~~ 72"

Bona Bozu Milostiu Korolowa Polska nayuyszsza Kniazini Litowska, Ruska Pruska Zomoytska Mazowecka y Jnnych.

Cznaymujem sim naszym Listom komu budet Potreba toho wedati sztr powedet per ednami Pleban Welenski Kniaz Jan Jamuntowicz ot Solecznik iz Sito perwey zelo Zaporuczenem y roskazanem naszym Jetro

Milost

millia omnino dentur Reliqua quae hic et nunc non occurrebant conscientiae et dispositioni DD. Executorum meorum committo ac obsecro, ut omnia juste exequantur memores conscientiae suae et extremi Judicij. Legationes pro Ecclesijs citissime persolvant, et statim Religiosos moneant, ut Sacrum celebrent pro Anima, iuxta assignatas sibi Legationes in hoc Testamento. Volens nihilominus Ego occurrere gravamini Conscientiae meae et Molestijs Dñi Krzyczki Canonici Samogitiae (: qui me vivente Paterfamilias et Prapositus Domus meae fuerat:) nequissima aliquo injusto ex malevolentia aliquo praetextu sive ille sit Spiritualis uti Episcopus et Capitulares, sive Saeculares uti Consanguineus meus vel etiam extraneus audeat Dnum Canonicum post meum decessum aggredi et alicuius rei etiam minime insimulare quasi in aliquo mihi non satisfecisset vel Ecclesiae nocuisset DEUS avertat ab his omnibus impetitionibus praefatum Dominum Canonicum liberum pro Nuntio et hoc meo Testamento quieto quod mihi nihil debeat et Ecclesiae meae sed in omnibus sufficientissime satisfecit, alias iustum Judicem pro injuria ipsius habebunt vindicem. Quae omnia propria manu ex gratia DEI adhuc mihi in omnibus bene praesens subscripsi, et Dños Capitulares Confratres meos ad idem Testamentum subscribendum rogavi, et Notarium Publicum ad id ipsum adhibui prout inferius apposito Sigillo meo Datum Varnis Vigesima Secunda Mensis Februarij in festo Sancti Petri Apostoli Cathed. Antioch. Anno 16. Quinquagesimo sexto (Signat) (Locus Sigilli)

Petrus Parczewski Episcopus Samogitiae

Rogatus

Rogatus à testante subscripsi Georgius Koch Canonicus Samogitiæ mpp. Jacobus Stanczkiewicz Canonicus Samogitiæ. Rogatus à testante subscripsi et quia Ego Joannes Czerniewski Sacra authē Aplca Notarius præsentis Testamenti Illmi ac Rmi Dni D. Testatoris Episcopi supradicti confectioni. Anno Millesimo sexcentesimo Quinquagesimo sexto die vero vigesima Secunda Februarij rogatus et requisitus personaliter fui Ideo Fidem in Testimonium pariter rogatus manu propria subscripsi Idem qui supra.

Fidem facio quia præsitas Copia Testamenti olim Illmi ac Rndissimi Dni Petri Parczewski Episcopi Samogitiæ a Perillrend et Adm Rd D. Petro Casimiro Derli Brzezcki Canonico Samogitiæ uti Executore Testamenti ex Originali de prompta et descripta

Laurentius Exisilit Sacra Aplca
ac Imprali Autori Publicq Notarius

Testamentum Perillris et Adm Rndi D. Jacobi Stanczykiewicz S. T. D. Canonici Samogitiæ Parochi Janiscensis.

In nomine Domini Amen. Ad Domum suæ habitationis Canonicalis Perillustris. et Admodum

Reverendus

Rndus Jacobus Stanczkiewicz Canonicus Samogitiæ Parochus Janiscensis, Me Notarium Publicum infrascriptum, unà et cum testibus infrascriptis vocavit, et accersivit, et in lecto ægritudinis suæ graviter febricitans, mentis tamen sanæ, ac rationis compos existens, considerans, interea quod vita hominis super terram more floris marcescit et ætas providè considerans, nihil esse certius morte, et nihil incertius hora mortis, indeq eventum huiusmodi horæ timens, volendo eandem præcavere, nolensq intestatus ex hac vita decedere, sed suæ saluti providere, bene post habitum suum super peculio suo Clericali, bonis per eum relictis aliqua valeat discordia ex omni. Quibus melioribus, via, iure, stylo ac forma quibus utriusq iuris Sanctione fieri potuit, et debuit, ac juxta conditionis suæ, possibilitatem, Testamentum, seu ultimam suam voluntatem condidit, fecit constituit ordinavit, ac super bonis infrascriptis disposuit. Et inprimis quidem Omnipotenti DEO et Salvatori suo Redemptorique JESU Christo et Gloriosæ suæ Genitrici DEI Virgini MARIÆ Angelo Custodi, totique Cælesti Curiæ, Animam suam legavit Corpusque suæ Materiam. Sepulchro Canonicorum Cathedralis Ecclesiæ Mednicensis, si hic ipsum mori contigerit, atq Ecclesiæ Parochiali Janiscensi, si ibi decesserit, in quibus ambabus Ecclesiis cum dispositione Apostolica ministrabat, inferri demandavit. Pro Sepultura verò ducentos florenos pro cera, Vino ad Missæ Sacrificia, nec non aliis necessariis, tam circa exequias, quam prandium requisitis inscripsit, et legavit. Panem verò Carnes, et alia legumina ex frumentis quæ tam in Domo Canonicali, quam Prædiolo Boltiniscensi, ac in Prædiolo Parochiali Janiscensi

reperientur

reperientur pro Dicta sua Sepultura, seu prandio funebrali Dn̄i Executores à rogati, constituti, pro Sacerdotibus, pauperibus et alijs hospitibus ad exequias funebris venientibus, moderatè tamen, et sumptus nimios, ac superfluos, evitando provi=debunt, et comparabunt. Disponendo verò ulterius conscientiam suam, ante omnia Illmū ac Rndsmum Dnū D. Locì ordinariū feliciter praesentē, nec non Perillustres Illustres et Adm RR. DD. Praelatos et Canonicos, aliosque Dnōs Confratres ex Ordine et Dioecesi Samogitiae si aliquā piā eorū dicto, facto ac etiā mente ex humano fragilitate pec=caverat, deprecatus est, et his scriptis reconcilia=vit. Petijq humiliter unumquemq̄ eorū, quatenus propter amorem illius, qui pro Crucifixoribus suis oravit, ergà se taliter ut supra, commissa dimittere non dedigentur. Dimisit quoq idem te=stator, oibq alijs et Singulis quibuscunq adversarijs omnia ergà se commissa, ex corde et corā DEO, ne supremus Judex vivorum et mortuorū tam in vita quā in morte, statuat ipsis in peccatū. idem Illustris et Adm Rndus Canicus testator, sanus mente et Compos rationis existens de=potioribus etiā hoc Testamento expressis dis=ponendo legavit et inscripsit pro Dnis Canicis prae=visè tantū duo millia Flord Polon: quae sunt à Testatore eodē Nob. ac Generoso Dnō Mathiae Narewicz Equiti Samogitiae S. R. Mttis Secretario fidei commissa. Quem Generosū Dnū Narewicz, uti fratrē et amicū suū fidelē, Adm Dnus Ca=nonicus Testator obligat, et obligavit, ut ille statim post fata Dnīi Testatoris, bona seu certa haereditaria

et fructifera

et fructifera Wiesiwiany nuncupata in Thel: szensi Districtu existentia, in praefatis duobus millibus floren: Polon: contractu reemptionis alias na Wyderkaf, confecto Super eo iuxta clausulas, et conditiones istius contractus Instrumento publice seu Literis juxta morem istius Patriae officiose recognoscat. Convenit in super praefatus Illris Dnus Canonicus Testator supradictus, cum eodem Generoso Dno Narewicz super censu à duobus millibus floren: de praefatis bonis Wiesiwiany, quotannis solvendo. Voluitque et constituit quod quamdiu praefatus Generosus Dnus Narewicz haec bona taliter invadiata possidebit, nec ille ipse aut Successores sui illa duobus millibus floren: Polon: redemerit, non est, nec poterit adstringi ad Censum majorem nisi ad quinquaginta à mille floren: Polon: ita quod tantum centum florenos à duobus millibus floren: Polon: ad Mansam Capitulare, tempore in Contractu exprimendo singulis Annis solvere debeat, de majori autem censu ex iisdem bonis et à praefatis duobus millibus floren: augendo noluit ipsum, nec ipsius Successores gravari. Pro quo censu seu potius Eclemosyna ipsis Dnis Canicis Legata, eosdem Dnos Canicos ad unum tantum Sacrum seu missam de B.V. MARIA cum collecta pro se defuncto Sacerdote Singulis septimanis dicendam obligavit, altere et diem pro ministerio huiusmodi post fata testatoris ipsi Dni Canci constituent. et ne memoria huiusmodi Dni Canonici testatoris Cnfris cordi [illegible] pereat, vel intereat, ipsi etiam Domini Canci memores Iudicij Divini diligenter curabunt; Res seu nulla mobilia tum et libri post fata tam Illmi ac Rndssmi olim D. Petri Parczewski Epi Samogitiae quam et Illris et Adm R. Dnus Berk

Przeziebi

Krzecki Canonici executoris et Administratoris sede vacante post Illmum ac Rssmum Dnum supradictum Episcopum Samogitiæ quas Varsaviæ una cum Illi et Adm Rndo Dño Nicolao Swiechowski ab ijs apud quos erat recuperaverit dixit se ex ijs nomine ulatiæ et impensarum centum sexagenas recepisse, de reliquis vero in Căplo Gnali Sub Festo Petri et Pauli in Ao proximo lapso rationes reddisse reliqua vero disposita esse apud se cum Regestro contentorum, fideliter confecto, interque et obligationes pro duobus millibus floren Polon Illmi ac Rndssmi DDmni feliciter moderni esse et existere affirmavit. Testamenti præsentis et rerum suarum derelictarum Executores heredes, ac tutores rogavit et nominavit Perillrem ac Adm Rndum Dnum Andream Krzeciszewski Cancum Samogitiæ uti Confratrem suum Nec non Nob: ac Generosum Dnum Mathiam Narewicz Equitum Samogitiæ S. R. Mttis Secretarium uti Amicum et Fratrem suum ut supra et per omnia instituit, rogavit, nominavit, et constituit, quibus pro labore omni executionem suscipiendo Perillmo Canco vestem Zebilinam atas Sobole Generoso vero Dmno Narewicz Executori præfato Pantheras alias Rysie, legavit, donavit, et inscripsit, voluitque, et ordinavit, ut statim, post obitum suum ambo præfati Dni Executores bona derelicta mobilia, tum et pecuniam ad se recipiant.

recipiant illamq́ iuxta mentem et intentionem testatoris disponant et exequantur. Maxime verò nob: ac Generoso Domino Narewicz cum scitu Perillustris ac Admodum Rndi Dñi Przecisrewski Canonici Executoris duo millia floren supradicta, ad se recipiant, et bonis suis hereditarijs adscriptum iuris contractu reemptionis, albo na Wyderkaff collocet, ponat, et bona talia ad censum annum centum florenos tantum et non plus a duobus millibus solvendum obliget et inscribat. Idem Illris Dñus testator pro Vicarijs istius Cathedralis, pro Pribus Soc. JESU Domus Varnensis, pro Monasterio Thelsensi itemq́ Kretingensi Prum Bernadinorum, itemq́ Kalvariensi Prum Dominicorum, nec non Presbyteris suæ Parochialis Janiscensi et Xenodochio Pauperum Janiscensium septingentos floren Polon. legavit et inscripsit, comisitq́ fidei prudentiæ conscientijs DD Executorum, ut eam statim pecuniam septingentorum floren post obitum suum in præfata pia loca et personas pro anima sua in vim eelemosynæ erogent et distribuant. Idem quoq́ Illris Dñus Cancus testator, Illmo ac Rssmo Dno Alexandro Sapieha Epô Samogitiæ feliciter præsenti pro approbatione Testamenti præsentis et aliorum condicillorum si qui reperti fuerint, triginta ungaricos in auro legavit et inscripsit. Pariter quoque idem D. Cancq testator comisit Dnis Executoribus ut ex pecunia reliqua si quæ præter expressa post obitum suum reperta fuerit, et ex alijs bonis ac rebus mobilibus

Equis

Equis et pecoribus, frumentis, nec non ex proventibus utriusq̃ beneficij ex anno q̃na sibi pertinentibus familia, seu servientes suos precipue Nob: Iosnowski Nob: Staniewicz, nec non Franciscum Casimirum, ac Iacobum Stancykiewicz Nepotes ex Patruelibus; Itemq̃ Nob: Casimirum Laudomin Simonem quoque Janiscensem subditum à duodecim circiter annis sibi servientem Cum et famulum ex Finlandia oriundum ad fidem Catholicum conversum, aliosq̃ servientes remunerent, eo vero modo ut statim post obitum suum pecuniam argentum, vestes, Libros, seu bibliotecam, equos pecora, et pecudes, tam in Boltinensi quam in Janiscensi Predijs ac Domo Canonicali, et residentia Parochiali Janiscensi stantem &c, ferum currus, seu carpenta, sedem omniaq̃ mobilia quocunque nomine censentur posse adiungenda seu derelicta in suas manus et potestatem recipiant conscribant regestraq̃ eorundem mobilium et frumentorum in vita mea conscripta seu confecta revideant et utrum aliquid consumptum vel deperditum vel alicui datum fuerit considerent iuxta suam prudentiam conscientiam Iudicium ac discretionem eorum Singulorum taxata seu estimationem faciant itemq̃ derelicta mea si aliena reperta fuerint illa restituat, ante dia. Et ex alijs meis proprijs derelicto Fratrem meum Nepotes meos. et si quae Soror mea proxima reperta fuerit vera et consanguinea mea tum et servientes meos supra scriptos, maxime eos, qui mihi à pluribus Annis

servierunt

servierunt, fideliter et continuo iuxta suam discretionem ac prudentiam contentent et remunerent, ex quibus etiam bonis derelictis seu in taxa seu in specie Nobilis ac Generosus Dnus Mathias Narewicz Eques Samogitiae S. R. Mttis Secretarius Exequutor tutor, et Patronus, huiusmodi dispositionis meae pro educatione duorum filiorum suorum Trecentos florenos Polon: cum scitu et Iudicio Perillris ac Admdum Rndi Dni Andreae Praeciszewski Prothon: Aplici Canci Samogitiae Confris mei et huius dispositionis Exequutorum data eidem de perceptis quietatione recipiat. Cui etiam Perillri Dno Canonico ultra vestem Zibellinam supra legatam ex huiusmodi derelictis centum et quinquaginta floren: pro labore et vigilantias circa executionem legavit, donavit, et inscripsit. Saluum ius sibi reseruando de omnibus et singulis pro missis cessandi addendi minuendi, meliorandi seu in parte aliqua seu in toto si et in quantum posterior data in aliqua alia dispositione codicillo vel registro, seu manu subscripta fuerint, atas ubi postrema hac dispositio in oibus suis clausulis conditionibus et Capitulis suum robor tam Testamenti quam saltem codicillorum obtineat. Acta sunt in Domo Canonicali ejusdem Dni Testatoris Vornis D. 2. Aprilis. Anno M.DC.LX.III a Nativitate Dni.

Ego Iacobus Stancykiewicz Canonicus Samogitiae Parochus Ianiscensis ad hoc Testamentum meum subscribo.

Anno

Anno quo intra die verò 8da Aprilis. Ego Joannes Czerniewski Presbyter Vicarius Cathedrae Samogitiae fui rogatus et requisitus a Perilli et Adm Rndo Dno Jacobo Stancykiewicz Canonico Samogitiae ut conficerem ad mentem illius istud Testamentum scripsi, confeci, legi audivit, approbavit iuxta oẽs clausulas intra contentes ubi Notarius Publicus et testis rogatus et ad omnia requisitus subscripsi manum Joannes Czerniewski Publicus Sa Auth. Aplica Notarius ad hoc Testamentum testis.

Rogatus et oretenus requisitus a Perilli ac Adm Rndo D. Jacobo Stancykiewicz Canco Samogitiae Parocho Janiscensi ad hoc Testamentum subscripsi Nicolaus Swiechowski Canc Samogitiae Praepositus Zydloviensis S. R. Mttis Secretarius mp

Item Ego similiter requisitus ad idem Testamentum ab eodem Perilli Admdm Rndo D. subscripto Canonico Samogitiae Parocho Janiscensi subscripsi manu propria Casimirus Gielzyc Cancus Vend. Parochus Vornensis mp

Hanc Copiam ex Authentico ipso Originali verè et fideliter in has Metricas Pralaturae Cathedralis Samogitien inscriptam et Custodem, Collectionatam, ut ipsemet vidi legi, et Collectionavi, ita praemissis, fidem adhibeo, et attestor ut Supra expressum est Mi Joannes Czerniewski Sacra Aplca Auth Notarius, et Acta Publis Capituli Cpfati Actuarius mpp

Fundatio

Fundatio Scholasteriæ Prælaturæ in Ecclesia Cathedrali Samogitiæ per Perillustrem et Adm Rndum D. Samuelem Szweryn Possessorem modernum eiusdem Prælaturæ de nova radice, in Gudniki et Bassyi Sintiliszki Bona sua hereditaria sub anno 1667 die 3 mensis Julij.

In Nomine Sanctæ et in Dividuæ Trinitatis, Patris et Filij et Spiritus Sancti Amen.

Honestum ac Beatum esse constat votum, imo Sanctum ac Laudabile patet esse commercium dare sua transytoria et recipere, pro ijs æterna, terrena sibi displicere et cælestia possidere. huius itaque tam Sanctæ negotiationis amore Ego Samuel Szweryn, in Sintiliszki Gudniki et Bassyi heres intendens et magnopere desiderans superna inspirante gratia de Bonis mihi desuper abinde collatis diem messionis extremæ meritorijs operibus prævenire et Bonum locumque habitationis gloriæ eius condecorare medulliter volendo simulque in Libro vitæ cum Iustis conscribi cupiendo. pridem et ante octodecim ab hinc annis rehoactis. Habito et optento ad fundandum deq̃ nova radice dotandam unam Prælaturam Scholasteriam videlicet ad Ecclesiam Cathedralem Mednicensem seu Samogitiæ. Illustrissimi ac Rndissimi Dñi D. olim Georgij Tyszkiewicz Episcopi interea Samogõ concessu ad cuius etiam Titulum præfatæ

Scholasteriæ

Scholasteriæ Cathedralis fueram ordinatus induxe-
ram in animum meum de proprijs meis hæredi-
tarijsq̄ bonis mihi ac Parentibus maioribusq̄ meis
desideratissimis derelictis et personarum meam
legitime concernentibus præfatam Prælaturam
Scholasteriam ut supra nuncupatam fundare
ac de nova radice dotare ad quem etiam effectum
nomine et hirographo meo proprio super quinde-
cim millia florenorum Polonicalium Almæ huic
Cathedrali Ecclesiæ Prælatisque et Canonicis
illius Samogitiæ dato præfata præfata quinde-
cim millia florenorum polonicalium pro fundatio-
ne præfatæ Prælaturæ, in eventum mortis desti-
naveram inscripseram, et me ea daturum rea-
literque et in effectu soluturum obligaveram. Cum
vero DEUS omnipotens mihi ad præsens vi-
tam prorogare voluerit. Id circo et Ego Samuel
Szweryn Scholasticus Præfatus Samogitiæ vota
mea eidem Dmno DEO eiusque Ecclesiæ Cathe-
drali sub invocatione Ss. Apostolorum Petri et
Pauli erectæ Mednicensi reddendo præfata quin-
decim millia florenorum Polonicalium pro præfa-
ta Scholasteria Cathedrali Lego inscribo do do-
noq̄ nec fundanda eadem sponte pure simpli-
citer ac libere irrevocabiliter perpetuo et ævum,
in quibus quidem quindecim millibus flor. Polon.
bona mea propria Hæreditaria Gudmiki et
Bassyi nuncupata in Curlandia in districtu
seu Capitaneatu Piltinensi existentia seu
jacentia in mea possessione existentia et per me

jure

jure Hyppothecae in praefatis quindecim millibus florenorum Polonicorum legitime possessa obligo et assecuro, Ius tantummodo mihi advitale et usum fructuum, seu Censuum huiusmodi quindecim millium florenorum in praefatis bonis Gudniki et Bassyi nuncupatis reservando sed ipsam principalem summam quindecim millium flor. Pol: semel eaque iterum pro praefata Praelatura ad Cathedralem Samogitiae per me donatam fundatam Legatam ac inscriptam sponteque ac irrevocabiliter datam minime ab Ecclesia Cathedrali alienando post fata vero mea decessum vel cessum ex hoc beneficio, Successor in beneficio praefato et cum Venerabili Capitulo Samogitiae praefata Bona pro et eodem jure Hyppothecae quo et ego gaudebam, et ea possidebam, fruebar, utebar, occupabit, tenebit possidebit, fruetur utetur, tamdiu donec praefata bona Gudniki et Bassyi quindecim millibus florenorum Polonorum onerata fuerint redempta ummidata ac eliberata, si vero stante vita mea aliquis ex consanguineis vel affinibus meis praefatas bona Gudniki et Bassyi refusa principali quindecim millium florenorum Polonorum Summa redimere et eliberare voluerit, tunc Venerabile Capitulum Samogitiae huiusmodi Summam recipiet et adversus numerabit de perceptisque eliberatorem officiose quietabit eandemque statim Summam supra expressam ac quam cito fieri poterit ad Contractum emptionis cum pacto retrovendendi alias non Wyderkaff vel alium contractum, justum tamen, ac licitum, tamque Sacris Canonibus quam legibus Patriae Permissum, ponet collocabit ac invadiabit,

ne haec Summa

ne haec Summa stentis maneat aut periculose
et inutiliter distrahatur, aut aliquo modo ab Ec-
clesia alienetur, cum ex proventibus, fructibq
ac censibus alijsq emolumentis sive a Summa
principali proventibus sive ex bonis terrestribus
fructiferis, pro eadem coemptis, et acquisitis,
Successor meus Prelatus Scholasticus Cathedralis,
vivere debeat, in quo fidem ac conscientias
Perillustrium Illustrium ac Admodum Rndorum
Dominorum modernorum et pro tempore exis-
tentium, Capitularium obligo, cum ego ipse mei
sponte ac deliberate, intuituq superius expresso
dictam Summam quindecim millium Florenorum
Polon a DD Fratribus consanguineis affinibus
quibuscunque meis alienaverim, et expresse
nunc eadem pro Cathedrali prefata Medniċen-
si, inscribo, do, donoque, perpetuo irrevocabiliter
et in aevum et mihi ipsi in ea nullum ius amplius
proprietatem ac Dominium preterquam ad-
vitalem usum fructuum ac censum ab eadem
provenientium mihi reservando, Successor vero,
meus Scholasticus Prelatus Samogitiae habendo
huiusmodi provisionem seu ex bonis pro Summa
prefata coemptis aut obligatis, sustentationem
seu censum aut aliam iustam pensionem perci-
piendo ad duo Sacra in qualibet Septimana
unum de B. Virgine MARIA alterum de
requiem pro me fundatore proq meis Parentibus
Fratribus ac majoribus desideratissimis, perpe-
tuo et in aevum celebrare et ad residentiam circa
hanc Cathedralem prout eandem Sacri Canones et

precipue

præcipue S. concilium Tridentinum requirit sit adstrictus, et obligatus, pro cujus Residentia habitationem seu Curiam in loco qui mihi a DD. Prælatis et Canonicis Confratibus meis observandissimis ostensus fuerit, et si mihi DEUS vitam prorogaverit ædificato vel ædificari jurabo alias ipse Successor in beneficio ex iisdem fructibus, censibus ac emolumentis, ab eadem Summa provenientibus pro suo commodo, et residentia ædificabit, Jus Patronatus seu præsentandi ad eandem Scholasteriam dictam quoties per cessum vel decessum vacaverit DD. Schwerinis, videlicet Dno Jacobo Georgio Schweryn alliusque Successoribus Succamerario Derputendi quoad vixerit post Sera vero fata illius Successoribus illius ex eadem stirpe descendentibus masculis duntaxat et Catholicis reservo non vero extraneis in bona eorundem temporialia Successoribus, reservo et Præsentibus dono, cum inscribo ex quorundam Familia seu Stirpe si ad ordines et consequenter ad Presbyteratum promoveri voluerit et hoc Beneficium dictum assequi poterit cæteris extraneis præferendus erit, si de Literarum scientia morum honestate et aliis qualitatibus Judicio Illmi Excellmi ac Rndissimi Dmni Loci Ordinarii Samogitiæ dignus repertus fuerit, quam meam donationem, fundationem, inscriptionem ac provisionem pro Successore meo Scholastico Prælato Cathedrali Samogitiensi modo præmisso, et iuxta illius Clausullas Capitula et Conditiones factam, ordinatam dispositam manuque mea propria Subscriptionibusque DD. Prælatorum

DD Prelatorum Canonicorum et aliorum[dm] iuvorum Nobilium, a me rogatorum, et specialiter requisitorum subscriptam, et Sigillis communitam, pro maiori robore, firmitate ac memoria esterna in aliquo officio, Seculari sive terrestri Piltinensi, in cuius districtu prefata Bona Gudmibi et Basy existant sive etiam terrestri Samogitiæ recognoscere volo, alias post earum Illmi ac Rndissimis Dni Loci Ordinarij feliri moderni admissionem, et in vim erectionis presentis mee fundationis approbationem, presentes perpetuum[dm] robur valorem, ac firmitate obtineant, Actum et Datum in Stuba Capitulari Medniciensi sub tempus Capituli Julis die 3tia July 1662 A partu Virginis Anno.

Samuel Sweryn Scholasticq Smgie mpp

Requisitq et Rogatq a Perllri et Adm Rndo D. Scholastico Paulus Puzyna, Archidiaconq Cathedralis Samogitiæ manu propria.

Rogatus et Requisitus a Perllri D. Scholastico Nicolaus Swiechowski Canoq Samog Rptq Szydlowiensis manu ppria.

Rogatus et requisitus a Perillri D. Scholastico Jacobus Stanczykiewicz Canonicus Samogitiensis

Joannes Woythiewicz Canonicus Samog mpp

Ustnie y oczewisto prosrony Pieczetan do tego Funduszu od Osoby uwyz mianowaney Samuel Abramowicz ieba Swg mpp.

Rogatus et requisitus a Perillustri Scholastico Horianus Przyminski Rptq Samog mpp

Ustnie y oczewisto prosrony Pieczetan do tego Funduszu od Osoby uwyzey pomieniony Jak Skorlalichicz Pasch

Ego quoq rogatus subscripsi Vladislaus[dm] Giedroyc Custos Samog.

A Perillustri

A Perillustri et Admdm Rndo
Dmno Scholastico requisitus
et rogatus Bernardus Krey-
mer Canonicus Samog Pro-
thonotarius Aplcq IV. D. mppria

Rogatus et requisitus Notarius Publicus
Czermiewski Presbyter manupropria.

Anno Dmni Millesimo Sexcentesimo sexagesimo
secundo feria quarta ante Festum S. Margarite
Litere introscripti tenoris Fundationis Scholasteria
Cathedralis Medmicensis per DD Capitulares ac
peripsum Principalem fundatorem et alios fide-
les testes Subscripta Nobis exhibita, visa auscul-
tata fuerunt eadem iuxta piam intentionem prefati
Illustri et Adm Rndi Dmno Scholastici Fundatoris
admisimus approbavimus et ereximus, Locum in
Stallo et vocem in Capitulo immediate ante Custo-
dem Prelatum et post Decanum assignavimus,
omnibus Iuribus Privilegiis et immunitatibus
quibus ceteri Prelati et Canonici Nostri Cathedra-
les gaudent ipsum gaudere, uti frui, in perpetuum
decernimus et decrevimus his inscriptis nemine
contradicente. In Quorum fidem presentes manu
nostra subscriptas Sigillo communiri mandavi-
mus

Locus Sigilli

Alexander Sapieha
Episcopus Samogi-
tiensis manu propria.

Dabantur Olsiadis
die et Anno quibus
supra.

Fundatio Altaris

Fundatio Altaria per Dnum Jordowski ad Altare Giedroycianum pro Anima Sua et Filiæ Missa pro Defunctis de requiem.

W Imie Boże Amen. Iż necz wszytkie na Swiecie po wysciu czasu długiego w zapamietanie przychodzą iesli niebędą przez Pismo Ludziom na czasy potomne podane dla czego Ja Marcin Maciejewicz z Małżonką moią Helżbietą Wyckiewiczowną Szandzianką pragnąc rozmnożenia Chwały Bożey Fundowałem y Funduie za pozwoleniem Jmc Xiedza Biskupa y Kapituły Zmudzkiey Mszię Zaduszną Wiecznemi Czasy przy Ołtarzu Dobrodzieja Mego Jmc X. Walchera Giedroycia Biskupa Zmuydzkiego, a to tym względem iż pochowaliśmy tamże w Worniensikim Kościele Corkę Naszą Miłą Jadwigę Chrostowską ktorey z Miłości Naszey Oycowskiey funduiemy y oddaiemy do Rąk Jchmći Xięży Kapituły Zmuydzkiey przy bytności Jmc Xdza Mikołaja Jasinskiego natenczas Administratora Biskupstwa Zmudzkiego kop Litewskich dziesięcie ktore Pieniądze Jchm̃ od Nas odebrawszy prowentow y dochodow od tey Summy ktora się na Wieczność albo Jaki kontrakt Widerkafowy dana ma być na kozdy Tydzień Msza Mianowicie we Czwartek za Corkę Naszą y za Nas Samych odprawowana. Jakoż zaraz mianuiemy y podaiemy Jchmc Xiężą y Kapitułe Zmuydzkiey Prowizora Jmc Xdza

Jana

Jana Kozabiewicza Kanonika Zmuydzkiego co na potym y po Jchmę wiecznie trwa ma, od drugich Successorow. wczym aby się żadna odmiana intencyi Naszey niediała wtym Summienie Jchmę obowiązuiemy; tak jakoby nie tylko teraz za żywota Naszego ale y po Smierci Naszey pamiątka Nasza y przenaczoney Niebosczyce Corki Naszey przy tamtym Kościele Kathedralnym Wornienskim pamiątka wieczna zostawała, a Podawanie tey fundacyi Naszey zostawuiemy Sobie do żywota Naszego. a po żywocie Naszym przy Potomkach blizkich krewnych Naszych według Prawa przyrodzonego takowa Collatia ma zostawać. Chybaby czego BOZE uchoway podawcy z heretyczeć mieli, tedy tym Samym odpadać maią od podawania ale wolno będzie Jchmę Xiężym y Kapitule Zmuydzkiey kogo chcąc podać, naco daliśmy ten fundusz Nasz pod Pieczęciami Naszemi y kutemu prosiliśmy o przyłożenie Pieczęci y o podpisy Rąk Jmch PP. Przyiacioł Naszych Jmx Woyciecha Niewiardowskiego Plebana Osiadzkiego Jmp. Theodora Szostowickiego, JmPana Woyciecha Kołowskiego Pisan w Osiadach z 22 Aprilis Roku 1619

W osobie Pana Marcina Makonki iako pisma nie umieiętnych za prozbą Jchmę obudwoch Theodor Szostowicki ręką podpisuię własną

Woyciech Kołowski własną ręką.

Xdz Woyciech Niewiardowski Pleban Osiadzki mpria

Privilegium Fundationis

Privilegium fundationis quatuor Mansionariorum ad Ecclesiam Parochialem Solantensem et Altaristæ ad Ecclesiam Polongoviensem per Stanislaum Woyna Culinæ præfectum M.D.L. Gondingensem Anno 1646.

In Nomine Sanctissimæ et individuæ Trinitatis Patris et Filij et Spiritus Sancti Amen. Quoniam labilis est memoria hominum cum de corruptibili materia sit formata ideo inventum est scripturæ remedium ut ea quæ in præsenti dispositione existunt ordinata possint inposterum ad perpetuam rei memoriam liquido comprobari proinde Nos Stanislaus Woyna Culinæ M.D.L. Præfectus Sivunius Gondingensis Capitaneus Polongoviensis una et cum D[omi]na Helisabeth Kierszensteynowna consorte nostra carissima cum ex bonis nostris temporalibus quæ de manu omnipotentis copiose recepimus et ex eorum recta dispositione metere vitam æternam Judiciam habemus gloriæ et nominis ipsius Cultum augere et promovere in animum nostrum induxissemus. Propterea ad honorem ejusdem omnipotentis qui bonorum nostrorum non eget, et Salvatoris nostri JESU CHRISTI qui duo minuta æris terreni in suum Gazophilacium missa non sprevit, in bonis nostris hæreditarijs Solantz Skilondzie vulgo nuncupatis in Ducatu Samogitiæ consistentibus. Passionis ipsius innocentissimæ dolorumq[ue] ipsius Matris

intemeratæ

intemeratæ Beatissimæ Virginis MARIÆ compatientis Memoriam recolentes pensionem Ministris ejus certam, assignamus, donamus nunc perpetuo et in ævum et primo quidem ad Laudem et gloriam Nominis ipsius propagandam inque remissionem peccatorum nostrorum et præmium vitæ æternæ Presbyterum Altaristam ad Ecclesiam Parochialem Polongensem de nova radice erigimus et dotamus volentes ineoque conscientiam rectam onerantes quatenus Altarista Noster Polongensiensi qualibet septimana tres missas unam pro peccatis Nostris quoad vixerimus Tertia Secundam de passione Domini Sexta ferijs et Sabbatho de Beatissima Virgine Maria, Singulis hebdomadis idque in Ecclesia Polongensi celebret per se sive substitutum suum Presbyterum legitime ordinatum alias strictam intrenendo DEI Judicio de Commissis in præfata obligatione negligentijs redditurus rationem post decessum vero Nostrum feria tertia de requiem Missam pro Defunctis fundatoribus huiusmodi Altariæ, tum de Passione Salvatoris Nostri et Beatissima Virgine ut supra celebrare qualibet hebdomada tenebitur et erit adstrictus, cui quidem Altaristæ Nostro Polongensi in sustentationem ducentos sexaginta florenos polonicos annuatim ex bonis Nostris infrascriptis Solontensibus præcipue vero ex nulla Kampiki nuncupata damus et assignamus eidem Altaristæ, per Propositum Solontensem modo infrascripto quotannis perpetuo et in ævum persolvendos. Item Nos

suprascripti

suprascripti Coniuges ad Ecclesiam Solontensem quatuor Clericos Presbyteros mansionarios de nova radice in bonis iisdem nostris Solontensibus erigimus funda=mus et dotamus minime infringentes aut in aliquo contravenientes istius Ecclesiæ anteriori fundationi, cujus Parochum inter modernos nostræ Erectionis per=petuo Mansionarios volumus computari aut illis annumerari. Ita videlicet quod Parochus Solontensis et cum alijs sub Ecclesiæ Ministris iuxta anteriorem, et quatuor Mansionarij iuxta modernam nostram erectionem ad Ecclesiam Solontensem continuo maneant et resideant. Pro majori verò istius Ecclesiæ Sacerdotalis decore et ornamento, illius Presbyteri qui Parochus vocatur Nomen sive titulum in alium commutari volumus et commutamus super quo etiam gratiosum consensum Illustrissimi et Reverendissimi Domini Loci Ordinarij Samogitiæ impetravimus et obtinuimus ita ut deinceps futuris perpetuis temporibus Presbyter Ecclesiæ Solontensis qui Parochus vo=catur curam animarum exercens, non jam Parochus sed Præpositus Solontensis vocatur nominetur et sit, quam quidem Præposituram, Solontensem cum alia Prælatura Canonicatus alijsque Beneficijs curatis et non curatis. Seu cum alijs dignitatibus et praestitutis Ecclesiasticis, tam in hac Diœcesi, quam extra eandem quocunque Nomine censeatur volumus esse incompatibilem quatuor verò Mansio=narij per Nos erecti ad curam Animarum istius Ecclesiæ minime obligabuntur. Sed in hujusmodi

ordine

ordine et ministerio stantes Diebus ferialibus Dominicis et Festivis Officium Parvum de Beatissima Virgine MARIA Cursum vulgo nuncapatus, tum et Missam, votivam singulis ijsdem Diebus de eadem Beatissima Virgine MARIA decantare vel decantari facere, similiter et alias duas Missas Lectas duntaxat quoad vixerimus, unam pro peccatis nostris et felici Successu suorum actorum Nrorum 2dam pro Defunctis fundatoris Parentibus propinquis et consanguineis eorum qualibet septimana per Annum, post decessum vero nostrum missas duas de requiem, pro Animabus nostris et Consanguineis ~~meorum~~ nostrorum ijdem mansionarij sibi in qualibet hebdomada celebrare tenebuntur et erunt adstricti pariter Altarista Noster Polongensis ad curam Animarum illius Ecclesiae non erit adstrictus. Ne autem aliquam remissionem et negligentiam in hujusmodi Mansionariorum officio fieri contingat Dnus Prepositus Salantensis pro tempore existens ipsis Mansionarijs attendere negligentias connotare et Consistoribus Ordinarijs ad corrigendum deferre erit adstrictus et obligatus, cui pro eo labore et vigilantia, centum florenos Polonicos damus et assignamus per Successores Nostros bonorum Salantensium annuatim ipsi Dmo Preposito Altariste Polongensi, et Mansionarijs Nostris Salantensibus modo in prescripto realiter et in effectu persolvendos. Quia vero rationi consonum et equitati conforme censemus.

eos qui

eos qui sentiunt onus sentire debere et commodum propterea iisdem quatuor Mansionariis nostris unicuiq illorum sigillatim et specialiter centum et quatuor kopas Lithuanicas annuatim tum et Altariste Polongensi præsentibus nostris erecto alias centum kopas Lithuanicas per Nos et Bonorum Solontensium nostros Successores dari volumus et obligamus. Pro Vino verò et Cera ad Sanctissimum missarum sic per Nos et Solanty duntaxat erectarum Sacrificium. Tum pro Mundandis Lintaminibus et aliis Sacris Vestibus seu paramentis Lineis purificandis sexaginta kopas Lithuanicas annuatim perpetuo et in ævum damus assignamus ex iisdemque bonis Solontensibus per Successores Nostros persolvendas obligamus. Habitationem seu Mansionem commodam tam pro Altarista nostro Polongensi prope Ecclesiam huius oppidi, tum pro iisdem quatuor mansionariis in Loco decenti penes Ecclesiam Solontensem construere et ædificare curabimus ad cujus fabricæ seu ædificiorum Mansionariæ et Altaristæ Polongensis per Nos erectæ conservationem et reparationem toties quoties necessitas postulaverit bonorum Solontensium Successor pro tempore existens tenebitur et erit adstrictus. Item iisdem Mansionariis Solontensibus pro ipsorum Usibus et necessitatibus ligna ad Calefaciendum Cibo coquendum ex Sylvis et Nemoribus ac duarietis nostris Solontensibus unicuiq illorum

illorum per quinq Orgyas vulgo asidictas tales ut quelibet Orgia sive os duodecim currus juste necture contineat tempore opportuno videlicet hyemis per subditos bonorum eorundem excidenda et ipsis quatuor Mansionarijs convehenda concedimus et assignamus perpetuo et in aevum. Ne autem Altaristatum et Mansionarij in suo Salario defraudentur, sed illud tempore opportuno percipiant volumus et Successores Mi bonorum Salontensium tenebuntur et erunt obligati, predictam Summam pecuniarium videlicet quadrigentas et sex decim kopas Lithuanicas pro Mansionarijs quatuor tum et centum florenos Polonicos Dmno Preposito, similiter et Summam ducentorum Sexaginta florenorum pro Altarista Salongensi ijsdem per Nos ut Supra assignatos duabus ratis quolibet anno unam medietatem videlicet pro Festo Sancti Martini, alteram medietatem pro Festo Sancti Joannis Baptistæ ad manus Dmni Ppti Salontensis numerare et persolvere, et Dmnus Pptus ipsis quibus supra assignavimus per medietatem distribuet et numerabit in effectu et realiter pro Vino et cera ut supra assignavimus una Rata pro Festo Sancti Martini ad Carbonam Ecclesiæ ad id specialiter comparatam pariter Successor Salontensis inferre et persolvere annuatim tenebitur. Adquam Carbonam tres claves una penes Pptum altera penes unum ex Mansionarijs tertia penes Prefectum Curiæ Salontensis servabuntur et nemini si ad praesentiam istorum trium vel cum scitu

eorundem

eorundem reserabitur et pro usibus necessarijs dicta pecunia expendetur. Et quemadmodum D. Præpositus Mansionarijs pecuniam per Nos assignatam distribuere et sic et negligentias ipsorum sine rationabili causa à Divinis officijs, seu absentias connotare ita et carentias ex Salario ipsorum detrahere et ad Carbonam eandem reponere pro apparamentu Altaris ipsorum convertendas tenebitur. Quodsi Successor Noster præfatorum Bonorum Solontz in præmissis vel in aliquo præmissorum negligens aut remissus fuerit, aut pecuniam super Nos assignatam detinuerit aut intempore supra præfixo extradere voluerit, vel ligna ex Sylvis et Nemoribus eorundem bonorum Solontensium convehere impediverit, ex tunc nos Mansionarijs Nostris Dño Præposito damus potestatem Villas præfatorum bonorum Solontensium hic per Nos specificatas videlicet Indupiany Jaksztaycie Narmonty Szatrominy Zuogiery Szawczyki et Kampiki in Possessionem suam recipiendi, occupandi fructusque omnes et Singulos quocunq nomine censeantur exigendi et percipiendi, tenendi et possidendi tamdiu. donec ipsis in Solidum satisfactum fuerit. Ne verò ob diminutionem bonorum Ecclesiarum Divina officia cessent aut in aliquo Cultus et Divina gloria diminuatur cavemus et Successoribus Nostris sub pæna earundem Villarum duntaxat supra specificatarum ipso facto amissionis et ad Mansionarios nostros Villæ verò Kampiki ad Altaristam Polongensem in casu mox inferius scripto

in perpetuum

inperpetuum devolationis ne villam aut villas cum
suis Sylvis nemoribus Lacubus pratis Mansis, aut
aliquibus fundis conjunctim vel seperatim quocunq̃
Nomine censeantur, aut vocentur, et eorum ad bo-
na villaru in supnascriptam pertinentijs interse
dividant aut vendant aut aliquo modo vel contractu
inperpetuum vel ad tempus alienent vel diminuant,
sed eadem villa et cum suis subditis fundis omni-
bus eorumq̃ singulis pertinentijs in suis Limitibus
et Graniciebus ita Latè et circumferentialiter con-
servent manus teneant deffendant possedeant, pro
ut Nos ipsi conservavimus tenuimus et possedimus.
Cuius quidem fundationis nostræ et inscriptionis
Villarum ad eandem pertinentium Illustrissimum
Rndissimum D. Georgium Tyszkiewicz quoad vixerit et
suæ Illustrissimæ et Reverendissimæ Celsitudinis
in Episcopatu Mednicensi Successores Canonicè in-
trantes Protectorem et vindicem fuerimq et insti-
tuimus. Iuspatronatus hujusmodi fundationis Nobis
consortiq nostræ et Proli ex Nobis nascituræ ad
vitæ duntaxat horum omnium tempora reservan-
tes post decessum autem nostrum ac consortis nostræ
et Prolis ad Illmum et Rendissimum DD. Episco-
porum Samogitiæ ejusque Successores Canonicè
intrantes una cum Venerabili Capitulo ita conti-
nenti devolui deberè et utrique premittitur iam
competerè ius Simultaneum presentandi seu Colla-
tionis inperpetuum statuimus. Quorum in fidem
præsentes manibus nostris subscripsimus et
Sigillis nostris obsignavimus tum etiam Amicorum
a Nobis

a Nobis requisitorum quorum nomina et Cognomina In-
fra specificatur subscriptione manuum et Sigilli
communiri curavimus Datum Jondingae Die vige-
sima septima Mensis January Anno Dmni 1646

Stanisław Woyna kuchmistrz W^o X^a Litt^e

Halszka Kiersnensteynowna Woynina kuchmistrzowa W^o X^a L^o

Abrahamus Woyna Epps Vilnen[sis]

Georgius Tyszkiewicz Episcopus Samogitiensis

Joannes Dowgiało Zawisza Archidiaconus Vilnensis

Bartholomeus Gieszynski Canonicus Vilnensis Parochus Caunen[sis] S. R. M.

Stefan Kardzienawski wonski Slomirzski Marszałek Koła Duchownego.

Privilegium Fundationis Ecclesiae Parochiales in Wielkszniie à Vladislao IV.

Significamus praesentibus Literis Nostris quorum interest Universis et Singulis. quia Nos Zelo pietatis incensi per hoc temporis intervallum quo subjectis a DEO Nobis Dominijs praeficimur ita salutem populorum habuimus commendatam, ut nihil quoad Spiritualem illorum bonum spectare videretur, quantum in Nobis erat, illis deesse pateremur, proinde cum intellexissemus Ecclesiam in Oppido Nostro Wielkszniie nuncupato solis exiliter dotatam in hunc diem existere ut etiam Rector ejusdem pro conditione sua Sacerdotali

Sufficientem

Sufficientem sustentationem nequaquam habere posit facile, in animum induximus ut ad augendam dotem illius inclinaremur, prout qui=dem inclinamur ut ex Villa nostra Mile dicta ad tenutam Wielszenensem spectanti subditos decem (quorum nomina in speciali Regestro manu Magnifici Joannis Alphonsi Lacki Castellani Samogitiae Tenutarij nostri Wilszenen. tum, cum agrorum dimensione et Rectori illius Ecclesiae rescripta tradetur agri culti Mansos decem ad sustentandum superius specificatum Ecclesiae rectorem Mansos quatuor silvae mansum unum in Ducatu Samogitiensi existen. accedente libera juris Cessione per Magnificos Joannem Alphonsum Lacki Castellanum Samogitiae et Johannam Talwoyszowna Lackià Conjuges Tenutarios nostros Wilszenenses de omni et integro jure suo advitali sibi super eadem bona servienti cum omnibus attinentijs et pertinentijs subditis eorumque Laboribus, censibus alijsq. omnibus quibuscunque proventibus, et obventionibus prout ipsi tenutarij nostri tenebant, et ex antiquo in suis Limitibus et granicibus existebant, Ecclesiae Wielszenensi Parochiali praesentibus nostris perpetuo valituris applicamus adjungimus, adjcimus, incorporamus et inviseeramus, nihil Nobis, et Successoribus nostris juris Dominij et proprietatis in praememorata bona relinquentes. Insuper eximimus et ab omni jurisdictione Seculari modernorumque Possessorum et aliorum tenutoriorum nec non quorumvis aliorum officialium illaque Ecclesiastica immunitate et libertate gaudere uti frui volumus perpetuo et in aevum. Deniq. tam ex ipso Oppido Wilsznie dicto

dicto quad[m] quam omnibus villis ad eandem Tenutam nostra[m] Wikszniensem spectantibus ex quolibet manso possessionato singulis annis florenu[m] unu[m] Rectori et Parocho Ecclesiæ Wikszniensi subditti nostri moderni ac Successores eoru[m] solvere tenebuntur perpetuo et inevit[abiliter]. In Quoru[m] fidem et evidentius testimoniu[m] presentes manu nostra Subscriptas sigillo M. D. L. communiri jussimus. Datu[m] Vilnæ die XXVI mensis Augusti Anno Dmni M. DC. XXVI. Regnorum Nostroru[m] Poloniæ IV. Sueciæ V Anno.

Vladislaus Rex (Loco Sigilli)

Stanislaus Naruszewicz M. D. L. Notarius m[anu] p[ro]p[ria]

Testamentum Perillustris et Adm Rndi Dmni Nicolai Swiechowski Canonici Samogitiæ Prepositi Zydlowiensis S. R. M. Secretarij quo fundavit Sachristianam ad Cathedra[m] Mednicensem et obligationem feria 2da

In Nomine Domini Amen.

A[nn]o 1672 die Maj 6. Osiadis. Ego Nicolaus Swiechowski Canononicus Samogitiæ Prepositus Zydlowiensis corpore debilis mente tamen sanus prae oculis habens incertum die[m] obitus certam morte[m] cujus praeveniendo diem protestor et confiteor me fuisse esse et velle mori

mori Christianum Catholicum in gremio Sanctæ Matris Ecclesiæ Romanæ Catholicæ et quia in multis præceptis Divinis defeci perfectionem non attigi, ideo confugio ad pijssimam misericordiam Domini mei Salvatoris JESU Christi ut per merita, vulnera, et mortem ipsius remissionem peccatorum supplementum defectuum tribuat, credo Dominum DEUM unum in essentia trium uniu[m] in personis in quem hic credidi amavi apprehendam ad quem finem confugio ad S[anctissi]m[a]m Matrem ejusdem D[omi]ni JESU CHRISTI ut intercedat pro me Cliente suo cuius intercessionem specialiter et validam et multum valere scio, et confiteor omnes Angelos et Sanctos DEI præcipue Angelum Custodem et S. Michaëlem Patronos meos quos in vita invocavi, nunc iterum invoco et imploro suffragia ut intercessione sua mala quæ in vita promerui, avertant bona quæ spero impetrent. Corpus meum si hic moriar in prædio volo Christiano more in Calvaria sepeliri. Si ad Cathedram in Cathedra. Si Szydlovie decessero ibidem sepeliri desiderans et quantocius animam meam suffragijs et orationibus juvari, peto per viscera misericordiæ DEI DD. Executores fratres meos ut statim ordines Religiosos in hac Diæcesi existentes sc[ilice]t Cracos tam ad PP. Societatis quam ad Moniales Posnanses Lublovian Vladislavoviam Rosieynios Varnios PP. Societatis JESU Telsios Citovianos Calvariam per florenos triginta crassæ monetæ mittere ut tricessimas absolvantur Adm[odum] R[evere]ndos DD. Vicarios Varnenses petere ut et devotius et ferventius Sacrificia absolvant ex eadem pecunia distribuendo discretione DD. Executorum Item Organarium Bacalaureum

Cantorem

Cantorem et pueros qui ad Corpus meum cantabunt condigna premia mercede Venerabili Capitulo Fratribus meis, sicut jam in Capitulo feci mentionem inscribo et lego duo millia florenorum quae sunt apud M.D. Zaranek ex quibus quingentos florenos jam recepi et sunt apud me mille autem et quingentis obligatione producti M.D. sunt, de quam obligatione scit M.D. Szymowicz famulus meus, hac conditione hoc in eum legatum inscribo Venerabili Capitulo adjungendo meum petitum et obligationem, ut in Sacrificio Missae quod feria 2da cuiuslibet Hebdomadae celebrantur pro Christofero Dyrwomiszko in Altari Magno pro mea etiam anima adjungatur, collectas in perpetuum. Alteram fundationem facio pro Sachristiano Vernensi qui Sacerdos debet esse et iuratus ad Custodiendas et nulli extradendas res sive scitu V. Capituli justa constitutiones huius almi Capituli, qui a Capitulo debet eligi, et Ius presentandi Patronatus Venerabili Capitulo, inscribo nunc ipse nomine et presento Illmo ac Rndissimo Dnd Loci ordinario Adm Rndum D. Franciscum Stanczykiewicz cui Sachristano Domum in Civitate Vernensi sitam Liberam ab omni juris-dictione Seculari exemptam cum omnibus Pertinentijs edificijs etc uti in Privilegijs authenticis et recenter ab Illustrissimo Casimiro Pac feliciter moderno Episcopo, concessis sonat, inscribo, et lego item agrum seorsive ad eandem Domum pro certa Summa emptum uti jura et

Privilegia

Fundatio Sacristiani.

Privilegia docent eidem Sacristiano adjungo obnixe totum Venerabile Capitulum petens ut mandatum DD Executoribus porrigat ad erigendam quantotius Perillustrissimum Dnum Nostrum clementissimum Loci ordinarium hanc meam pro Sacristiano cum obligationibus in actis Capitularibus expressis pro anima mea superius nominatam fundationem. Illustrissimo Dno, Loci ordinario Dno meo Clementissimo designo et inscribo boves quinque in Parochia Szydlowiensi existentes pro funere autem meo adalendos pauperes tres boves meliores ex Prestimonio Lubostawski frumenta pro pane cerevisia paltibus Lardum butyrum crematum mel Aromata et alia necessaria omnia ex Parochia Szydlowiensi dat accipi. Item Rossieznios Citovianos Posavium et Vornios saltem per tres tonnas frumentorum distribuere, cui puto Illustrissimum Dnum meum Clementissimum prabiturum assensum idcirco etiam ex omnibus hujus Parochiae proventibus mihi adannum gratiae pertinentibus mediam partem Illustrissimo dono, et alteram partem eidem Ecclesiae Szydlowiensi ut tectum renovetur quam citissime ad quod Scandulae quercinae et alicui sunt parati empti a Szymowicz et Jozdowski famuli mei sciunt debui. Pro renovatione etiam tonnis et Canalis paratas Laminas relinquo Seminalia Successori Sufficientia relinquo, tum ad Xenodochium Szydlowiense et Citovianense per aliquot tonnas distribuere et Virgini Susannae quae ad Ecclesiam Citovianensem manet devota et frumenta tonnas tres

tonnas tres oves duas. Patribus Szydlovienſibus sicut et alijs Religiosis insuper cuilibet unam vaccam ex Praedio Szydloviensi Pannus vulgo Szermienga asservatur in Parochia Szydloviensi pauperibus diſtribuendus eſt Szydlovienſibus alter Pannus qui adhuc paratim Citovianis recipiatur a Virgine Suzanna eidem prius pro veſta ex eodem data deinde Virgini Devotæ Vornensi quæ indusia mea Lavabat pro veſtitu reliquum quod Superfuerit Dni Executores animæ meæ uti melius judicabunt in Dnmo disponent. Debitum quod mihi a M. D. Raphaele Germano debetur mille trecenti et nonaginta floreni sic dispono quingentos et nonaginta florenos ipsi M. D. Raphaeli condono et inscribo octingentos vero florenos M. D. Christofero et Proli ejus ordino et lego quos octingentos florenos M. D. Raphael M. D. Christophoro germano nostro det restituendo. Item ultra hos octingentos florenos M. D. Raphael M. D. Christophoro germano noſtro dentur reddere quinquaginta aureos Organicalu quos per manus meas M. D. Raphael Christophoro mutuo accepit. Frenum ex Argento vulgo Rząd M. D. Raphaelis fratris mei iterum Mamilia et cate nullum de quibus scit Jazdowski restituere M. D. Raphaeli veſtem Sebellinam et aliud frenum Argenteum Sutz Rząd M. D. Legiecka Sorori meæ germanæ inscribo. Obligationem pro Equo M. D. Danielis super centum Sexagenas M. Dno

Legiecki datas

Legecki datas optonem et fraterne persuadeo vocari
deberent M. D. Sorori quæ nihil ex Patrimonio accepit hác
saltem esset contenta ipsa et Successores illius. Summam
prædictam duobus germanis fratribus ea conditione in-
scripsi et divisi ut non se ingerant ad Patrimonium sed
alijs fratribus relinquant quod si non convenerint inter
